

NOCTIUM
ATTELLANARUM
LIBRI VI.

IN QUIBUS

Ulpiani, Pomponii, Scaevolae, aliorumque Jurisconsultorum loca aliquot non passim obvia, collatis Authorum veterum testimoniis, elucidantur.





AURELIOPOLI, M.DCC.VIII.
Typis Societatis.

AMPLISS. AC DOCTISS. VIRO PATRICIO

CAJETANO
ARGENTO

R.Canc.Reg.& S.R.C.Neap.
Praesidi Meritissimo.

DONATUS PERILLUS

S. P. D.



Uod eximia, PRAESES AMPLISSIME, & Summorum praesertim Authorum Opera non medio-

cri ſtudio elaborata Tibi quotidie offe. rantur, id tanti non fuit apud me, quo minus, & ipſe opellam hanc utcunque rudiori calamo lucubratam Tuo quoque Nomini nuncuparem. Neque enim, quod Nilus, Paduſque uberrimo ſane alveo in mare prorumpant, eo quoque Sebethus noſter limoſo, atque aquis non bene referto lacu, ceterique ſitientes rivuli minime contendunt. At me tam grave flagitium tentantem ſaepius ab incepto dimovit illud in primis, quod nugas haſce ipſe Homuncionum deterrimus Viro virtutum quot ſunt cumulatiſſimo, & noſtra, Patrumque noſtrorum memoria, omnium, ſi qui literis, exquiſitiſque bonarum artium diſciplinis praeſtarunt, facile Principi, ſiſtere non dubitaverim; Verum id tantummodo & ſpem noſtram diu fovit, & adhuc veniam pollicetur, fore ſcilicet, ut pri-

ma

ma haec otii mei libamenta haudquaquam velut immatura rejiceret Humanitas Tua, si noverit studiorum meorum esse primitias, eaque nos esse adolescentia, in qua aliorum potius scripta lectitare, quam propria educere conveniat; Quae profecto res eo confidentiae adduxit, ut istas lucubratiunculas (quas Noctes Atellanas dicere placuit ab ipso, ubi scriptae fuere loco Atellarum reliquiis finitimo, quo animi laxandi gratia, otiumque a studiis vacuum captaturi nonnunquam divertimus) sapientissimis oculis tuis maxime indignas, sub augusta Tui Nominis commendatione obnubere studuerim. Quis enim in laudibus tuis perscrutandis penitus non caecutiat, atque alucinetur? Tu, inquam, quem non sine honoris praeconio, laudo, adhuc praetextatus cum primum studiis initiareris, hac in ur-

be

be consopitas literarum exercitationes exemplo promovisti, & studiosis omnibus ad bene de literatura sperandum, quasi symbolum quoddam praetulisti; jacentem itaque graecanicum sermonem, Latiique candorem non perfunctorie prosequutus, exinde, non invita Minerva, legum, graecorumque Codicum congeriem, immensum sane opus, assequi, leve quidpiam reputasti: Quibus imbutus disciplinis cum longe scribendi, dicendique facultate ceteros omnes tuae juvenilitatis tempestate non praeires modo, sed & maxime supergredereris, talem Te, tantumque Virum esse prodidisti, quantum tum Regni hujus nostri, cum Imperii totius suprema rerum gerendarum momenta expostulare videbantur. Quod quamprimum sensit Invictissimus Noster, & Augustissimus CAESAR, qua est mentis,

ani-

animique praestantia, Te in Senatorum ordinem relatum consuluit super arduis Regni hujus negotiis; muniis nempe indigetarum Clericorum in alienigenas semper collatis: Quo penso Tibi delato, nihil optatius in eo obeundo contigit, ni quod salubri consilio studium tuum erga Cives, caritatemque, quam diu foveras pro Reipublicae, Patriaeque emolumento demonstrandi daretur occasio. Verum opere jam scitissime peracto, cum non in propudio, ut dicitur, sed in meridie, idem Invictissimus Rex Noster post Hominum memoriam Sapientissimus, merita tua deprehenderet, ingratum se fore ratus est, ni, praeter alia multa, quae prius detulerat, Te quoque, jam pridem meritissimum, Praetorio Neapolitano Praefectum creasset; cavitque in posterum ulla Imperii sui deliberamenta sive

bel-

bellica sint, sive politica decerni nequaquam posse, nisi Tu sententiam rogatus super iis responderes, irrita reputans, inauspicataque ea omnia, quae Te inconsulto peragerentur. Felix Ille nimium, si vel unum, atque alterum Tui similes rerum suarum Moderatores habeat, atque Administratores; Καὶ καλῶς γεγονότας, καὶ πολλὴν ἀρετὴν, σωφροσύνην ἐν τῷ βίῳ ἐνδεδειγμένους in Areopagum cooptari solitos olim scribit Isocrates, nempe eos, qui eximii generis nobilitate, Vitae conspicuae integritate, & disciplinarum omnium peritia cunctos praestarent, necnon numeris omnibus gravitatis, severitatis, fortitudinis, & constantiae essent absolutissimi; Quae omnia sicut non in unoquovis homine invenire facile est, ita in Te sunt supra modum uberrima. Magna quippe, & praeclara laus est unum Virum eo

Vir-

Virtutum numero fore, animique magnitudine, qui tot negotia, tantamque rerum ingentium molem substentare solus, & tanquam Rector in navi, sic in ista praegrandi Urbe, tractare gubernacula, & Clavum rectum tenere possit; Major, inquam, est, quam homines arbitrentur, & acutissimi quidem ingenii de summa rerum pari fide, & prudentia posse sententiam dicere; exploratas, & prae manu semper habere judicandi partes singulas, morem Majorum, leges Romanorum, jura municipalia, judicia, judicandi ritum per singula Europae Praetoria, commoda Reipublicae enixe tueri, in omni judicio animo excubare, prospicere futura, meminisse praeterita, neque metu, neque spe ulla ab utilitate publica, & Jure singulis debito removeri; Ea namque constantia, & fide natus es, quam

in paucis non dicam deprehendimus, ſed vel legimus, vel audivimus; Sed quid moror? Nonne quilibet intelligit Te unum eſſe, cujus conſilio, & fortitudine, Patria noſtra maxime ſit aucta, ut putandum ſit, non aliunde, quam Divinae quodam munificentiae dono praeſtantiſſimam iſtam Virtutem tuam oblatam eſſe Reipublicae, ad ejus utilitatem. Honorum tamen tuorum congeries etſi maximum Tibi decus, atque ornamentum comparare videantur, non tantundem vero commendationis merentur, quantum Mentis, Animique tui dotes proculdubio vindicant. Etenim tua illa ſingularis domi in omnes obſervantia, foris comitas, ad haec humanitas, & facilitas faciunt, ut Te non tanquam unum de noſtro caetu, ſed tanquam e Coelo demiſſum Heroa depraedicent cuncti,

& ad-

& admirentur. Sed inter hasce tuarum virtutum opes maxime enitet, & prae omnibus sese extollit benignitas illa, & insita Tibi erga literas, literarumque studiosos benivolentia, quae omnium animos ad virtutum, literarumque studium compulit. Verum haec ego apud Te Virum modestia singulari praeditum parce, verecundeque recenseo, cum neque ingeniolum meum huic muneri obeundo praesto sit, neque epistolaris ratio sinat metam transgredi, quanquam & haec modica, quae leviter sum prosequutus, nulli sunt prorsus incognita, communis namque sive optimatium, sive trivialium hominum consensus nihil, nisi praeclarum de Te, atque honorificum longe, lateque diffundit. Illud restat, ut opellam hanc, in qua nonnulla legum nostrarum intimiora sensa, atque ab an-

tiquitate non abhorrentia illuſtrare ſtudui, collatis Authorum ſupremae latinitatis teſtimoniis, minime reſpuas; id mihi in ſtatis fori ceſſationibus, ſi quando quid otii eſſet, conficere grave non fuit. Hoc eſt munuſculum meum, quod veluti mei in Te obſequii dulce Μνημόσυνον nequaquam Te rejecturum confido, quandoquidem & olim Graeculus ille, quoniam in ſui laudem ab Auguſto Caeſare acroama quoddam fuerat porrectum, demiſſa in peram pauperem manu, exiguum aeris pondus protulit, ut Auguſto traderet, iis plane verbis, quibus & ego Te quoque hodie alloquor (1): Μὴ κατὰ τὴν τύχην σὴν σέβαστε, εἰ πλέον εἶχον, πλέον ἐδίδουν. Exiguum ſane eſt, cujus me maxime pudet, ſed habenda mihi tot tuarum oc-

(1) *Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 4. de jocis Auguſti.*

occupationum ratio fuit, quae in hisce obeundis, quibus te merito Rex auctum voluit; nisi permagnae esse non possunt; Neque econtra nescius ego sum Te, ne per momentum quidem a literis abesse, nullumque Tibi occurrere subcisivum tempus, quin id quidem legendo, scribendoque totum procudas. Sed hoc quantumcunque est, quod peregi, quod sentio quam sit exiguum, & mediocre, nolo amplius verbis commendare, quam reipsa est, idque omne tuo in primis judicio submitto, ut quaecumque videantur obelo transfigas, notesque asterisco. At si illud assequar, ut perquam erudito tuo gustu haec laboris mei cura aliquantulum probetur, primos hos adolescentiae meae fructus exuberanti praemio compensatos judicabo, & erit ratio, cur una cum aetatis augmento ad majora quaedam,

& prae-

& praestantiora Te Auspice, ac Duce deveniam. Vale diutissime Italiae decus unicum, literarum, & Literatorum honos, PRAESES OPTIME, forumque nostrum praesentia tua perpetuo exorna. Neapoli Idibus Octobribus, Anno ∞. D. CC. XIIX.

OCTAVIUS-IGNATIUS
VITALIANUS
J.C. Neapolitanus
AD LECTOREM.

UT est praeclarum, & libero homine dignum, in veterum Auctorum lectione non mediocriter esse versatum; ita quae illi sensa mentis & consilia verbis explicaverint, plenissime semper assequi, maximum quiddam ac difficillimum est. Duae vero sunt hujus difficultatis causae: aut enim librariorum incuria menda quae irrepserunt, obscurum adeo & ignotum fecerunt Scriptoris sensum, ut nisi loca sanentur, patefieri atque illustrari omnino non possit: aut Antiquitatis notitia ita incerta est ac tenebris involuta, ut nisi docti Interpretis explanatione aperiatur, nullum sit quod ex Veterum lectione emolumentum consequamur. Quae duo incommoda licet magna ex parte praeclarissimi Viri sustulerint, multa tamen sunt loca, quae etiam nunc sanari debeant, multa quae lumen explicationis desiderent. Idque aliquando accidit ob Interpretum imperitiam, qui communia tantum, quaeque omnibus patebant, ea sumserunt ad explicandum; quae vero obscura & ambigua multa erant, nec sine magno labore & ingenio explanari poterant, intacta reliquerunt. Quin etiam saepissime in eos incidimus Interpretes,

qui

qui cum sanare locum aliquem, aut patefacere explanatione conati sunt, corruperunt magis, & pulcherrimas saepe sententias turpissimis inscientiae maculis inquinarunt. Sed neque ea res erat, ut in tot tantisque Scriptoribus restituendis, explicandisque, absolvi omnino posset, quin multa etiam superessent, in quorum interpretatione & opera, & consilium, & labor desideraretur. Optime itaque de literis merentur, qui hoc etiam tempore in eam curam incumbunt, quive eandem rem aggressi Veterum lectionem pro suis viribus faciliorem reddunt. Hanc vero luculentissimus hic noster Scriptor & politissimus provinciam sibi suscepit: in qua ita accurate versatur, ut quae captu difficillima tum multorum Scriptorum, tum Juris nostri loca, ad explicandum selegit, ad verum sensum, & necessariam conjecturam ex absoluta Antiquitatis notitia captam, diligentissime accommodaverit. Sed meam non fert laudationem Auctoris industria: sua ipsa sponte laudatur, non alterius indiget testimonio. Quod si alienum etiam testimonium & postules, & expectes, maximum habet laudatissimi Viri; cujus profecto jucunda laus est, ut quae ab eo proficiscatur, qui in admirabili laude vivit, & in altissimo amplissimoque gradu Magistratus locatus est. Vale.

NO.

NOCTIUM ATELLANARUM.

LIBER I.

CAP. I.

Alpheni Jurisconsulti locus de ludo pilae perpensus.



LPHENUS (1) Jurisconsultus hanc speciem exhibet: *Cum pila complures luderent, quidam ex his servulum, cum pilam recipere conaretur, impulit, Servus cecidit, & crus fregit. Quaerebatur, an dominus servuli, lege Aquilia cum eo, cujus impulsu ceciderat, agere posset? Respondi non pos-*

A

(1) *L. si ex plagis, §. ult. D. ad l. Aquiliam.*

posse, cum magis casu, quam culpa videretur factum. Rectene, an secus de controversia responsum est? Recte quidem, illum etenim impulsum, de quo meminit Jurisconsultus, de ludi ratione fuisse, adeoque fortuito, non autem impellentis culpa crus esse confractum, satis compertum est. Antiquitus itaque tria in pilae lusu observabantur, raptim scilicet, datatim, expulsim ludere. Primum erat, cum labentes pilae e pulvere tollebantur, & postquam aream cucurrerant, saltuque assurrexerant, revocabantur, quod Lucano (1) est:

....pilam revocare cadentem.

& Novius lepide significat servos molendum inter aliquid polentae surripere, & invicem alios aliis dare his verbis (2):

In

(1) *De bell.civil.* (2) *In Exodio.*

In molis non ludunt raptim pila, datatim morso.

Hujusmodi ludus in harpasto non infrequens erat, harpastum vero, Polluce Authore, fiebat, cum ludentes in duas distincti turbas, intra lineas consistestant, positoque in medio harpasto, quod volubili rotunditate in solo jactatur, quisque niteretur in alterius lineae gyrum penetrare, quod ubi contigerat, victores erant. Martialis (1).

Seu lentum ceroma teris, tepidumque trigona,
Sive harpasta manu pulverulenta rapis.

Alterum in ludo pilae fuit datatim ludere, eratque, cum inter plures in corona, vel choro positos ita luditur, ut alius alii pilam det, & etiam non ra-

(1) *Lib.4. Epigr.19.*

raro fallat, nam, cum gestu uni dare simulet, in alium tamen revera jacit, qui in choro securus est: ex his vero datatim colludentibus alii Datores, Factores alii dicebantur; illi, qui pilam dabant, hi qui pilam faciebant, id est feriebant, qui in factiones erant divisi. Ad rem Plautus (1):

Tum isti, qui ludunt datatim Servi scurrarum in via.
Datores, & Factores omnes subdam sub solum.

Hinc illa Ennii translatio de muliere, quae sui copiam faciebat:

.... quasi in choro pila
Ludens datatim dat se, & communem facit
Alium tenet, alii nutat, alibi manus
Est occupata ....

ubi

(1) *Curculione Sc. dare viam.*

ubi perfunctorie monuerim, in obscaenis verbum, *Dare*, numerari: Author Priapejorum.

Obscure poteram tibi dicere, da mihi quod tu
Des licet assidue, nil tamen inde perit.
Da mihi quod cupies frustra dare forsitan olim,
Dum tenet obsessas invida barba genas.

Tertium erat expulsim ludere, quod Jurisconsultus Alphenus hic innuit, quando, jacta pila, invicem lusores nitebantur illam remittere, seque mutuo impellebant. Varro (1):

Purgatum scito, quoniam videbis Romae
In foro ante lanienas pila expulsim ludere.

Ani-

(1) *In Eumenid. apud Nonium Marcell.*

Animadversione tamen non indignum existimo, eundem hunc Alphenum a fori [1], studiorumque remissionibus pila identidem lusisse, cum nempe mentem forensibus curis fatigatam alio dividere intendebat.

CAP. II.

Conditorium. Cadaver in Hypogaeo positum graeco more. Lumen in monumento. Facies unguibus secta. Crines super cadaver injecti, apud Petronium [2].

EUmolpus ille Petronianus, dum in navi esset ut Gnythoni, Triphaenae, Lycae, reliquisque in navigio commorantibus rem gratam ageret, fabulam illam enarrat de Matrona Ephe-

(1) *Val.Max. lib.8. cap.8.* (2) *Petron. Satyric. cap.71.*

Ephesina, quae viri sui funus tot planctibus est prosequuta, ut etiam in monumentum abierit, ibique tres dies, noctesque manserit cibo, potuque abstinens. Tum, cum juxta monumentum fuissent cruci suffixi duo latrones, miles, qui horum cadavera asservabat, matronam suspicatus ad coenam vehementer hortatus est, quae repetitis emollita precibus jentaculo se tandem refecit, deinde paulatim viri oblita militi primum spem, postremo se quoque nuptui dedit; cumque ob militis absentiam alter ex cruciariis noctu fuerit surreptus, & ille Judicis sententiam in caput exhorreret, passa est matrona viri sui cadaver suffigi cruci illi, quae ob cruciarium sublatum vacabat: Hanc non fabulam, sed historiam dicit Salisberiensis (1), eamque vere contigisse, & ma-

tronam

(1) *Lib.8. cap.2.*

tronam ſceleris luem morte expiaſſe ſcriptum eſt, in *libro*, qui inſcribitur: *De Caeſare Diocletiano, ejus filio, & VII. Sapientibus*. Sed Eumolpum audiamus: *In conditorium etiam proſequuta eſt defunctum, poſitumque in hypogaeo, graeco more*. Conditorium eſt ſubterraneum Sepulchrum, quare Arnobius (1) *Conditos* dixit ſepultos. (2) Hypogaeum tamen cella fuit ſubterranea arcuato opere inſtructa, pavimento ſtrata, ac parietibus circumſepta, in quam per gradus aliquot erat deſcenſus, ideo autem ſubdit, *graeco more*, eo quod Graecorum (3) mos fuit defuncta corpora humi condere, nequaquam vero comburere, quod ab Ægyptiis hauſerunt, qui mortuos cremare nefas putabant, verum arte medicata intra pe-

(1) *Contra Gentes*. (2) *Philand. ad Vitruv. lib.5.cap.9.* (3) *Herodot. in Euterpe.*

penetralia aſſervabant. Proſequitur Eumolpus: *Adſidebat ancilla, quae quoties defecerat poſitum in monumento lumen, renovabat.* Modeſtinus (1): *Servi mei liberi ſunto, ſi monumento meo alternis menſibus ſolennia mortis fecerint*, & idem(2): *Sacchys ſervus meus, & Eutychia, & Irene ancillae meae omnes ſub hac conditione liberi ſunto, ut monumento meo alternis menſibus lucernam accendant, & ſolennia in ſepulchro meo peragãt.* Apulejus (3), ubi ad cadaver cuſtodiendum ſe contulit: *Jube*, inquit, *domina cuncta, quae ſunt uſui neceſſaria nobis exhiberi: At quae, inquit, iſta ſunt? Lucerna, ajo, praegrandis, & oleum ad lucem luci ſufficiens.* Perſius (4).

 Hinc

(1) *Baſilicõn.lib.*48.*tit.*3. (2) *L.Maevia* 44. *D.de manum.teſt.* (3) *Mileſiarum lib.*1.
(4) *Satyr.*3.

Hinc tuba, candelae, tandemque beatulus alto
Compositus lecto........

Subjungit deinde: *Consideravit miles faciem unguibus sectam*: Varro ait mulieres ideo in luctu genas laniasse, quia moris fuit in exequiis, captivorum vel gladiatorum sanguinem effundere, cujus cum copia non esset, illae ex genis supponebant; id tamen vetitum est edicto XII. Tabb. ubi[1]: *Mulier faciem ne carpito*, & Solonis quoque legibus interdictum[2]. Sequuntur postremo haec verba: *At illa ruptos crines super pectus jacentis imposuit.* Scimus consuevisse barbaros in funere, adversaque fortuna viros comam tondere, mulieres capita deglabrare, quod in Germanici funere factitatum quoque

(1) *Cic. lib. 2. de Legibus.* (2) *Kirchman. de fun. Roman. lib. 2. cap. 11.*

que tradit Svetonius (1). Euripides (2):

Τύμβον τε κῶτον, κἀπίθες μνημεῖα μοὶ
Καὶ δάκρυ ἀδελφὴ, καὶ κόμας δίτω τάφῳ·

Et Statius Papinius (3):

.....crinemque afflato monte sepulti
Pone super tumulum.

(1) *In Caligula cap.5.* (2) *Iphigenia taurica.* (3) *Lib.5.Epicedio in Patrem.*

CAP. III.

CAVE CANEM in januis inscripta formula expenditur.

JUrisperiti (1) monent non vacare culpa putatorem, qui ramum ex arbore caesum in viam, qua vulgo iter fit, dejiciens, hominem occiderit, ni prius proclamaverit. Hinc olim, qui rabidos, mordacesque canes domi asserva-

 bant,

(1) *L.si quis foveas, §.ult. & l. si putator, D. ad l.Aquiliam.*

bant, ne ii hominem morſu peterent, vinctos ad aedium parietes habebant, atque in januis inſcribebant, ut caveret, cum quis domum adibat, *Cave canem* (1), alioquin tenebatur lege Aquilia dominus, cujus canis morſum feciſſet. Varronis Menippæa Satyra eſt, quae *Cave canem* inſcribitur, ea in homines maledicos, & obtrectatores conflata eſt. Idem Varro ait (2): *Quod hodie mea eſt praebitio, in janua cave cave canem inſcribi jubeo*, ſignificat, a ſe, cum eo die prandiculum eſſet amicis exhibendum, ut ab aedium aditu deterreret quotquot ad condictum erant venturi, inſcribi januam illo edicto, ne quis ingrederetur.

Plautus (3)

Num

(1) *Tit. Popma de oper. ſervorum, v. oſtiarii, Pacian. in principio genial. dier.* (2) *In Eumen.* (3) *In Truculento.*

Num tibi, nam amabo, janua est
mordax mea;
Quo introire metuas, mea volu-
ptas?

Aristophanes (1): πρόσγε μέντοι τὴν θύραν προσαγορεύω μὴ βαδίζειν τὴν ἐμὴν εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα. Sic & equitantes monere debent alta voce *cave*: ubi lepidissimum incidit Diogenis Cynici dicterium, in cujus corpus cum servus trabem bajulans inconsiderato impegisset, deindeque post ictum clamasset, *cave Diogenes*, hic non abs re clamantem virga caedens respondit, *cave cave* (2.

CAP.

(1) *In Lysistrata.* (2) *Laert. in ejus vita.*

CAP. IV.

Locorum duum apud Ulpianum castigatio.

ULpianus (1) Praetoris edictum proponit in haec verba: *Si quis in sepulchro dolo malo habitaverit, aedificiumque aliud, quamque sepulchri caussa factum sit, habuerit, in eum judicium dabo.* Vox, *quamque,* videtur commutanda, & sic restituenda, *quam de sepulchri caussa*, ex Florentinis. Prisci *quamde* pro *quam* usurparunt, quo verbo Prætorem quoque usum fuisse, absonum non est: vocem hanc non tantum Ennius:

Muro fretus magis, quamde vi.

Sed & Lucretius adhibuit.

Clarus ob oscuram linguam magis in-

(1) *L.3. D.de sepulchro viol.*

inter inanes

Quamde gravis gratos ....

Quid tamen sibi vult Praetoris hoc edictum? Vetat habitari in sepulchro, neve aedificium fieri, extra quam caussa sepulchri. Casulas [1] enim, & aedificia monumentis superponi literis proditum est. Petronius [2]: *Imperator Provinciae latrones jussit adfigi secundum illam eamdem casulam, in qua recens cadaver matrona deflebat*. Vet. inscripit. AURELIUS.ROMANUS.ET.ANTISTIA. CHRESIME.UXOR.EIUS.FECERUNT. SIBI. LIBERTIS. SUIS. POSTERISQUE. EORUM. MONUMENTUM. CUM. AEDIFICIO. SUPERPOSITO. Cautum quoque invenio juxta sepulchrum novum, propiusque pedes LX. aedes admovere non licuisse, quod & XII. Tabb. cautum

(1) *Scriptum est in l. libertis, §. ultim. D. de aliment. legat. & l. Titio, §. 20. D. de conditionib. & demonstrationib.* (2) *Satyric. cap. 71.*

tum fuit; verba ſunt[1]: *Rogum, buſtumque novum, ne propius aedes alienas LX. pedes invito domino adjicito*, ubi *buſtum* pro ſepulchro, in quoquis conditur Decemviri intellexere, quoniam buſtum 'a rogo diſtinguunt[2]; item quia uti in rogis incendium, ita in buſtis diram cadaverum graveolentiam cavere ſtuduerunt[3]. Cur autem ſepulchrum novum nominetur, Pomponius indicat, his verbis[4]: *Si propius aedes tuas quis aedificat ſepulchrum, opus novum nunciare poteris, ſed facto opere, nullam habebis actionem, niſi quod vi, aut clam, ſi propius aedificium alienum intra legitimum modum mortuus inlatus ſit. Poſtea eum probibere non poterit aedificii dominus, quominus alium mortuum*

(1) *Cic. lib.2.de legibus*: (2) *Vt in l.6.D. finium regundor.* (3) *L.3.D.de mortuo inferendo.* (4) *Ead. lege.*

tuum, eo inferat, vel monumentum aedificet, si ab initio, domino sciente, non fecerit; hinc patet, quare lex *novum* posuerit, quasi ubi quis semel id fieri passus sit, juri, quod sibi competit, tacite renuntiasse videatur. Alterum animadversione dignum ibidem est[1]: *Adversus eos*, inquit Jurisconsultus, *qui cadavera spoliant, praesides severius intervenire, maxime si manu armata aggrediantur*. Inepta prorsus dicendi ratio: a veteri scribendi stylo facilis est restitutio, *Praesid'*, *sive Praesidis est intervenire*; hinc luce meridiana constat illustrius, quid scripserit Jurisconsultus.

C CAP.

(1) *Ead. l. 3. D. de sep. viol. §. adversus*,

CAP. V.

Locus penes Svetonium de lege a Julio Caesare roganda super uxoribus ducendis.

EXimius ille vir, ac impense doctus Laevinus Torrentius, qui praeclarissima in Svetonium edidit commentaria, de re quadam in Julio Caesare vehementer haesitat; ait Svetonius[1]: *Helvius Cinna trib. pl. plerisque confessus est, habuisse se scriptam, paratamque legem, quam Caesar ferre jussisset, cum ipse abesset, uti uxores liberorum quaerendorum caussa, quas, & quot ducere vellent, liceret.* Optimum quippe edictum! Putandum tamen non est, Julium eo dementiae devenisse, ut sublata penitus

tus

(1) *In eodem cap. 52.*

tus verecundia, omnique status, personarumque discrimine abrogato, quot, & quas cuique libitum foret, legitimas uxores ducere fas esse ediceret, id enim sonant verba: *Liberorum quaerendorum caussa.* V. Cl. Torrentius vocem demit, ut sententiam reddat verecundiorem. Legit itaque: *uti uxor. lib. quær. caussa quot ducere vellent, liceret*, omissa voce, *quas*, ut scilicet uxorum numerus in arbitrio hominum esset, nequaquam tamen earum conditio, quod maxime absurdum, si patricius, civisve servam duceret, aut peregrinam; tum etiam, quia XII. Tabb. decreto id fuerat vetitum, ibi: *Ne connubium patribus cum plebe esset.* Hoc tamen factitatum est ex communi studio Decemvirorum perpetuo Magistratum retinere cupientium (1), quae lex septimo post anno a

(1) *Dionys. Halicarn. lib.* 10.

Camulejo[1] Pl. Trib. abrogata eſt, deinde ab eodem lata lex poſitiva, ut deinceps patribus cum plebe connubii jus eſſet. Sed non adhuc Torrentii interpretatio ſententiae inſolentiam mitem reddit, itaque reponendum ſentio cum Lipſio[2] *vellet*, non *vellent*, ſcilicet legem ipſam Ceſari tantum, non reliquis latam eſſe; quandoquidem pro ejus inſana libidine tradit Svetonius, ei in mente fuiſſe legem condere, qua ſibi quas, & quotcumque legitimas uxores ducere fas eſſet. Quod & Valentinianus Caeſarlege ſacrata ſancivit ad ſobolem propagandam, duobus nempe conjugiis ſimul quemque vinciri impune potuiſſe; quoniam ipſe Caeſar[3] poſt Senertiam uxorem, Juſtinam quoque, quam deperibat, duxit. Neque prae-

(1) *Liv. lib.4.* (2) *Elector.lib.1.cap.20.*
(3) *Socrates Coſtantinopolit. in hiſtor.trip. Caſſiodor.lib.8.cap.11.*

praetereundum exiſtimo, quod Dio de eadem Julii lege refert, qui prae aliis honoribus Caeſari devotis, extitiſſe tradit, qui fas ipſi dicerent cum quibuſvis mulieribus poſſe conjungi. Dionis verba ſunt (1): ἀμέλει καὶ γυναιξὶν ὅσαις ἂν ἐθελήσῃ συνεῖναι οἱ ἐτόλμησάν τινες ἐπιτρέψαι, ὅτι πολλαῖς, καὶ τότε ἔτι καίπερ πεντηκοντούτης ὢν ἐχρῆτο.

(1) *Lib.* 44.

C A P. VI.

Interpretata nonnulla in XII. Tabb.

Reliquiae XII. Tabb. quas nos conſpicimus, ita mutilatae, & in profundo quodam poſitae ſunt, ut ex iis quicquam expiſcari fruſtra operam teras. Incidi aliquando in haec verba:

ba: *Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento*, ubi Tullius (1) haec eloquitur: *Hoc veteres interpretes Sext. AElius, L. Acilius non satis se intelligere dixerunt, sed suspicari vestimenti genus aliquod funebris; AElius lessum, quasi funebrem ejulationem, ut vox ipsa significat, quod, eo magis probo, quia lex Solonis idipsum vetat*. Hic aliquantulũ immorandum, mendum enim subesse verba ipsa indicant; nam primo AElii, & Acilii sententia pro funebri vestimento apponitur, deinde AElius ploratum intelligit. Videtur corrigendum ex Lipsii mente: *Sext. AElius, L. Acilius non satis se intelligere dixerunt, sed Acilius suspicari*... Itaque, inserta voce, *Acilius*, facile sententia eruitur utriusque dubitantis, alterius ve-

(1) *Lib. 2. de legibus*.

vero pro lesso interpretantis vestem, alterius ejulationem. Subdit Tullius: *Jam cetera in XII. de minuendo luxu translata sunt de Solonis fere legibus, extenuato igitur sumtu, tribus riciniis, & clavis purpureis, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem.* Ricinia quid sint, assequuti ii non sunt, qui putarunt legem vetare, ne plures, quam tres faeminae ricin iis indutae in funere adsint; nam ricin iorũ usus in luctu, non in funere servabatur ex fragmento Varronis[1]: *Ut dum supra terram essent, riciniis lugerent: funere ipso, ut pullis pallis amictae.* Solonis lex funebris erat, quae in Plutarcho legitur: ἐναγίζειν δὲ βοῦν οὐκ εἴασεν οὐδὲ συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν, quae cavet, ne plures, quam tres vestes cum mortuo condantur, aut comburantur, quod veteribus in more erat, ut qui con-

(1) *Lib. 3. de vit. Pop. Rom.*

conjunctiſſimi adeſſent funeri, hi cum gemitu, & queſtu miſerabili, quae cara haberent, in acerrimi doloris ſymbolum ſuper ignes projicerent; itaque nonnulli veſtes triumphales, enſes, atque arma [1]; Mulieres vero ornamenta, armillas, zonas, mundum muliebrem, vittaſque virginalis comae igni tradebant; Homerus de Achillis funere [2].

.... Καίεο δ᾽ ἐν τ᾽ ἐσθῆτι θεῶν:

D.Hieronymus [3]: *Cur mortuos veſtros, auratis obvolvitis veſtibus? Cur ambitio inter luctus lacrymarum non ceſſat? An cadavera divitum niſi in ſerico putreſcere neſciunt?*

CAP.

(1) *Virg. lib. II. AEneid. in fun. Pallant.*
(2) *Odyſſ.* ω. (3) *Lib. 2. epiſtol.*

CAP. VII.

Gladiatorum sacramentum, dum initiarentur, proponitur.

GLadiatorum genus duplex fuisse; Romana Republ. stante, vulgo notum est; coactorum scilicet, & voluntariorum: Illi tamen plerumque erant ex mancipiis damnatis, vel captivis (1); hi vero ex liberis, qui sese pretio addicebant, & *Authorati* appellabantur, de quibus meminit Callistratus (2). Authorati ergo, quia liberorum conditione utebantur, solenni sacramento emisso, initiabantur; jurabatque ergo novitius Gladiator, se omnia velle pati, & audere, quae legitimus Gladiator posset pati, ustionem

D

(1) *Tertull. lib.* 11. *ad Martyr.* (2) *L.* 3. *§.lege, D. de testib.*

nem puta, verbera, necem; Horatius (1):

Quid refert uri, virgis, ferroque necari?
Quo te demisit peccati conscia herilis,
Autoratus eas? an turpi clausus in arca
Contractum genibus tangas caput.

Ubi Vett. interpp. Porphyrio, & Acro haec tradunt (2): *Gladiatores ita se vendunt, & cautiones faciunt, uri flammis, virgis secari, ferroque necari.* Funebre authoramentum vocat Paterculus mercedem propositam ei, qui M. Tullium occidisset, his verbis: *Authoramentoque funebri ad conservatoris quondam Reipubl. tantique Consulis irritando necem.* Concepta est

(1) *Lib. 2. Satyr. 7.* (2) *P. Pithaeus ad tit. 9. collat. ll. Mosaicar. & Romanar. B. Brisson. de formul. lib. 8.*

eſt jurisjurandi hujus formula apud Petronium hoc pacto [1] : *In verba Eumolpi ſacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quicquid aliud Eumolpus juſſiſſet, tamquam legitimi Gladiatores domino corpora, animoſque religioſiſſime addicimus*. Haec ex Petronio, quem clauſum domi ſub ſera, & arca habeo, ne quem foris laſcivus ceteroqui author nimia verborum petulantia corrumpat.

(1) *Satyric. cap. 77.*

CAP. VIII.

Stigmatia peſſimis ſervitiorum inuri ſolita.

Fugitivos notis, literiſque compungi ſolitos, teſtis eſt Juriſconſultus [1].

D 2 So-

(1) *L. 2. D. de Fugitivis.*

Solenni namque ritu literis inſcribebantur, ex quibus praeconium etiam, & cauſſa, cur ita puncti eſſent, dignoſcebantur, quod a Graeis uſitatum. Phocillides:

Στίγματα μὴ γράπσῃς ἐπονειδίζων θεράποντα.

Ulpian.[1]: *Dediticiorum numero ſunt, qui poenae cauſſa vincti ſunt a domino, quibus ſtigmata ſcripta fuerunt.* Tertullianus[2]: *Oro te, ſi famulum tuum libertate mutaveris, quia eadē caro, atque anima permanebunt, quae flagellis, & compedibus obnoxiae retro fuerant.* Quae animadverſio etiam in delatores dicta eſt, nam horum frontem *D* litera, ſignabant, ſicuti calumniantium *K*, ex lege Remmia, quam ſuſtulit Conſtantinus[3]. De hiſce literis Plinius[4] meminit: *Neque*, inquit, *ut antea exanguem illam, ac fer-*

(1) *In Fragmentis.* (2) *De Reſurrect. Carnis.*
(3) *L. ſi quis, C. de pœn.* (4) *In Panegyr.*

ferream frontem nequicquam convulnerandam praebeant punctis, & notas suas rideant: sed spectent paria damno praemia. Elegantissime tamen prae omnibus servos hosce describit Apulejus his verbis (1): *Dii boni! quales illi homunculi, vibicibus liventibus totam cutem depicti, dorsumque plagosum scissili centunculo magis inumbrati, quam intecti, cuncti tamen sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti: frontes literati, & capillum semirasi, & pedes annulati.* Quamprimum itaque servi turpe facinus perpatrabant, continuo epigrammata illorum fronti appingebantur, crimen, caussamque notae continentia, utputa (2): *Cave a fure, cave a fugitivo.* Petronius (3): *Implevit Eumolpus frontem utriusque ingentibus*

(1) *Lib.9. Metamorph.* (2) *Cajac. observ. lib.7. cap.13.* (3) *Satyric. cap.63.*

tibus literis, & notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit. Minime tamen omittam insigne inscriptionis exemplum, quod adducit Zonaras [1] duorum monachorum, qui, quoniam Theophilum Imp. serio monuissent, inter alia tormenta, inscripti fuere versibus duodecim, toto vultu, ope atramenti, infecto: Εἶτα, ait, καὶ τὰς ὄψεις αὐτῶν κατέστιξε, καὶ ταῖς στιγμαῖς μέλαν ἐπεχέε. γράμματα δ' ἐτύπου τὰ στίγματα. τὰ δ' ἦσαν ἴαμβοι οὗτοι. Illud quoque meminisse abs re non puto, compedes scilicet fugitivorum fuisse manicam, catulum, & collare, monet Lucilii versus:

Cum manicis, catulo, collarique ut
fugitivum
Deportem ....

Col-

(1) *To.3. Annal.*

Collare tamen est ignominiae vinculum apud Jureconsultum [1].

(1) *L.7. D.ad l.Jul. de vi publ.*

CAP. IX.

Aratores, & Arationes explicantur.

ARatores frumenti decimam dare Pop.Rom. solebant; quippe cum primum praedia Jure belli in jus, & ditionem Romanorum pervenerant, ea deinde Populus Romanus colonis partiebatur, qui frugum decimam, aliumve canonem Pop. Rom. pendebant. Quapropter coloni *Aratores* dicti sunt, & praedia iis divisa, *Arationes*. Ab his tres amplas decimas ope mancipum verres extorsit: rem satis illustrat, Cicero [2]: *Pulsos Aratores*

(2) *Cic.3. in Verr.*

tores esse dico, agros vectigales vexatos, atque exinanitos a verre. Plautus (1):

Male vertit res pecuaria mihi
apud vos, nunc vicissim
Volo habere aratiunculam pro copia hic apud vos.

Itaque, cum Rom. Rep. efflorescente, ager campanus publicus esset Populi Rom. fuere Capuae Aratores, qui eum colerent, & decimas Pop. Rom. persolverent: exhinc scribit Tullius Capuam ideo a majoribus non fuisse eversam, ut ea esset receptaculum Aratorum, ait ille (2): *Capuam receptaculum Aratorum, nundinas rusticorum, cellam, atque horreum campani agri esse voluerunt*.

CAP.

(1) *In Truculento Sc. ad fores auscultato.*
(2) *Act. 2. in Rullum.*

Cap. X.

Rubrica.

JUra publica, legumque sanctiones Rubrica ornabantur, ut majestas legibus adderetur, cinnabaris namque, aut sinopica capitibus legum dispersa sanguineum quiddam, horrificumque demonstrabat. Prudentius (1):

.... dicant cur condita lex est.
Bis sex in Tabulis, aut cur rubrica minetur.
Quae prohibet peccare reos?

Et quamvis Jurisconsulti quotidie Rubricas in quocumque Jure tam privato, quam publico deprædicent; Veteres tamen Rubricam in publico tantummodo, legitimoque Jure posuisse

(1) *Contra Symmach.*




ſe compertum eſt. Perſius[1].

Excepto ſi quid Maſuri rubrica notavit.

Antiqui Lemniae Rubricae palmam dabant ex Lemno Inſula, in qua ejus frequens erat proventus. Galenus[2] refert ſe in Inſulam Lemnon navigaſſe ut Rubricam ſcrutaretur, aitque ibi Dianae Sacerdotem Lemniam Rubricam reverenter manibus excipere, curioſeque perpurgando ſigillo Dianae obſignare, atque hac ratione ſignatam venundari. Rubrica in ſignando, notandoque non infrequens. Columella[3]: *Omnes arbuſculas, prius, quam transferantur, rubricà notare convenit, ut cum ſerentur, eaſdem coeli partes aſpiciant, quas in ſeminario conſpexerant, alioquin frigore, vel calore laborabunt ab ijs partibus*

(1) *Satyr.5.* (2) *Lib.9. de ſimpl. medicam. facult.* (3) *Lib.12. de arboribus, cap.12.*

bus, quas praeter consuetudinem sub alio tractu expositas habuerint. Quintilianus perspicue Album distinguit a Rubrica, id est Praetorium Jus a Civili, quod XII. Tabb. continetur (1): *Quoniam*, inquit, *alii se ad album, ac rubricas transtulerunt, ac formularii, ac (ut Cic. ait) leguleii quidam esse maluerunt.*




(1) *Lib.* 12. *Instit. cap.* 3.

NOCTIUM ATELLANARUM.

LIBER II.

CAP. I.

Crux servorum supplicium. Clavi quaterni Cruci affixis, item & custodes adhibiti.



CRUCEM ad servorum crimina coercenda antiquitus adhibitam passim Authorum monumenta tradunt [1]. Horat. [2]:

Si quis eum servum, patinam qui tollere jussus
Semesos pisces, tepidumque ligurierit jus
In Cruce suffigat.

La-

(1) *Lipf. de Cruc. lib. 1. cap. 12.* (2) *Lib. 1. Satir. 3.*

Latrones quoque suffixos invenio apud Petronium (1), ubi: *Imperator Provinciae latrones jussit crucibus adfigi*. Quin & inter parricidialia supplicia Crucem numerari docet me vir scitissimus C. Sol. Apollinaris his verbis (2): *Filius tuus ad me cucurrit, qui, te relicto, deliquisse se moeret: igitur audito culpæ tenore, corripui latitabundum verbis amaris, vultu minaci, & mea quidem voce, sed vice tua, dignum abdicatione, Cruce, culleo clamans, ceterisque suppliciis parricidialibus*; ubi nota hanc parentum abdicationem, ob quam filii paternam haereditatem postulare nequibant. Lactantius (3): *Sicuti Abdicati haereditatem patris non assequuntur*; hanc tamen Romano Jure (4) rejectam comperior. Cruce dignos

(1) *Satyric. cap.71.* (2) *Lib.4. epist.23. ad Proculum.* (3) *Lib.4. de vera Sapientia.* (4) *L.6. C.de patr.potest.*

gnos quatuor, minime tribus clavis configi solitos, dilucide notum est, ex Plauto (1):

Ego dabo ei talentum, primus qui in Crucem excucurrerit;
Sed ea lege, ut offigantur bis pedes, bis brachia.

Qua ratione Christum Σωτῆρα nostrum fuisse quoque Cruci suffixum credere fas est, quemadmodum in vetustis iconibus visitur. Crucis tamen supplicium, cum frequens esset, e legitimarum poenarum censu sublatum est, edicto Constantini Imp. in venerationem, & cultum Signi salutis nostrae. Hermias (2): ἀμέλει τοί πρότερον νενομισμένην Ῥωμαίοις τὴν τοῦ σταυροῦ τιμωρίαν αἰ εἷλε τῆς χρήσεως τῶν δικαστηρίων. Et ideo in libris Jurisconsultorum, ubi Crucem nactus est Tribonianus, *Furcam* reposuit.

(1) *In Mostellaria.* (2) *Lib. i.*

fuit. A ſepulturis autem arcebantur damnatorum cadavera; præ reliquis tamen perduellionis, parricidii, & ſuſpendii ſuiipſorum reis ſepulturæ honorem nuſquam indulſerunt, etſi poſtremos hoſce ſepeliendos exiſtimarit Tiberius [1]. Sed Auguſtus Caeſar corpora damnatorum cognatis, & amicis non denegavit, ut ea ſepulchro traderentur [2], proinde ſepeliendi corporis Chriſti Domini Joſepho ab Arimathaea, & Nicodemo venia data fuit. Cuſtodes itidem [3] cadavera ſervarunt, donec in patibulo putrefacta penitus contabeſcerent; Cuſtodiam tamen hanc non tam in iis, qui legum, quam, qui naturae neceſſitate moriebantur, ſervatam invenio. Ulpianus [4]: *Impenſa peregre mortui, quae facta eſt, ut Corpus perferretur,* *li-*

(1) *Tacit.4. Annal.* (2) *Vid. l.1. & alt. D.de cadaver. punitor.* (3) *Lipſ.de Cruc. lib.2. cap.12.* (4) *L.14. D.de relig. & ſumtib.funer.*

licet nondum homo funeretur, item & si quid ad custodiendum, vel etiam commendandum factum sit. Hic ritus in Thessalia maxime obtinuit, propter Sagarum metum cadavera depascentium; Apulejus (1) rem omnem describit: *Conspicor medio foro procerum quemdam senem, insistebat lapidem, claraque voce praedicabat:* SI QUI MORTUUM SERVARE VELLET, DE PRETIO LICERETUR. *Et ad quempiam praetereuntium, quid hoc, inquam, comperior? Hiccine mortui solent aufugere? Tace, respondit ille, nam opido puer, & satis peregrinus es, meritoque ignoras Thessaliae te consistere, ubi sagae mulieres ora mortuorum passim demorsicant.*

CAP.

(1) *Lib. 2. de Asin. aureo.*

CAP. II.

Arbiter Petronius non semel eodem loco explicatus.

ARbitri satyricon truncum sane, & in morem Hermathenae confictum adeo me torquet, ut, nisi summa cum opera, & olivitate consumta, nequeam ex eo quicquam boni aucupari, adeo deficiens ejus fragmentum visitur. Legebamus in eo (1) aliquando in hunc plane modum: *Scis*, inquit, *Frater rediisse ad nos thesaurum, de quo querebar? Illa est tunicula, adhuc, ut apparet, intactis aureis plena. Quid igitur facimus? Aut quo Jure rem nostram vindicamus? Exhilaratus ego non tantum, quia praedam videbam, sed etiam,*

(1) *Satyric. cap.* 13.

quod fortuna me a turpissima suspicione dimiserat, negavi circuitu agendum, sed plane Jure Civili dimicandum, ut si nollet rem domino tradere, ad interdictum veniret. Verba sunt Ascylti pallium suum, quod pridem apud Encolpium deposuerat, per forum venditari videntis. Ait *Jure Civili dimicandum*, fortasse furti actionem volebat exponere Ascyltos, ut pallium, de quo querebatur, recuperaret. Apte, *queri*, Juris verbum apposuit, ut & infra (1): *Postero die Judex querellam inspiceret*. Minime vero hanc actionem tentare mens fuit, nam statim Ascyltos subdit: *Ut si nollet alienam rem domino tradere, ad interdictum veniret*: interdicta non sunt Juris Civilis (2), sed Praetorii. Rursus rei (3) mobilis nomine, nullum est

(1) *Eod. cap.* (2) *§. 1. Institut. de interdictis.* (3) *L. 1. §. illud, D. unde vi.*

eſt interdictum, nam edictum, *unde vi*, ad res tantum ſoli pertinet; *utrubi*, autem eſt retinendae, non recuperandae poſſeſſionis, quapropter exiſtimandum, in Petronio Jus Civile pro Praetoris [1] ordinario Jure poſitum, unde ad interdictum venire eſt Jure ordinario agere in Jure, ad Praetorem ire. Recte Frontinus [2]: *De poſſeſſione controverſia eſt, de qua ad interdictum*, hoc eſt, *Jure ordinario litigatur*.

(1) *M. Tullius orat. pro Caecin. Cujac. obſervi lib. 1. cap. 17.* (2) *De limitib. Agror.*

Cap. III.

Politor, & Cataplus in Pandectis explicantur.

INquit Jurisconsultus[1]: *Aut agrum Politori damus*: Quaerendum quisnam Politor sit: Cato[2] docet Politionem esse, cum ager excolendus locatur alicui, pactione certae fructuum portionis: ejus verba haec sunt: *Politionem quo pacto dari oporteat? In agro casinate, & venafro in loco bono parte octava corbi dividat, satis bona, septima, tertio loco sexta, si granum medio dividet, parti quinta in venafro ager optimus novem parti corbi dividat. Si communiter pisunt, qua ex parte Politori pars est, eam partem in pistrinum Politor, hordeum, quin-*

(1) *L. cum duobus, D. pro socio.* (2) *Cap. 136. de R. R.*

quinta modio, fabam quinta modio dividat. Ait igitur Cato fruges hac mensura esse dividendas, ut si messem partiantur inter se Politor, & Dominus, Politor octavam partem tollat, in corbem namque fruges injiciebant in messe. Hoc pacto frugum nondum excussarum erat partitio, minorque erat Politoris portio; quod si tritum, excussumque foret, verbi caussa, frumentum, tunc propter industriam, trituram, & ventilationem, quintam Politori designat Cato, tunc enim modio dividitur, sicut & hordeum, fabaque quinta modio dispertitur. Ulpianus[1] de Cataplo meminit, sic: *sed & quas Graeci* ἐπιδημίας *appellant, sive* κατάπλες. Fuit AEgyptiorum navigatio: nam ex AEgypto res annonariae, & merces plurimae Romam advehebantur.

(1) *L. observare, D. de officio Proconsulis.*

vehebantur. Plinius [1]: *Percrebuerat*, inquit, *antiquitus Urbem nostram, nisi opibus AEgypti ali, substentarique non posse, superbiebat ventosa, & insolens natio, quod victorem quidem populum pasceret, quodque in suo flumine, in suis manibus vel abundantia nostra, vel fames esset. Refudimus Nilo copias suas, recepit frumenta, quae miserat, deportatasque messes revexit. Discat igitur AEgyptus, credatque experimento, non alimenta se nobis, sed tributa praestare*. Haec Plinius.

CAP.

(1) *In Panegyr. Trajani.*

CAP. IV.

Lectica. Lecticarii apud Jurisconsultum.

LEgato, inquit Jurisconsultus [1], *continentur mancipia, puta Lecticarii, qui solam matremfam portabant: item jumenta, vel lectica, vel sella, vel burdones*. Ubi in primis vides sellam a lectica discerni; sella enim sedentibus usui fuit, & in ea cervical ad caput reclinandum. Juvenalis:

Ut spectet ludos conducit Ogulnia vestem,
Conducit comites, sellam, cervical, amicas.

Lecticas vero Romani & ad vivos, & ad mortuos ferendos adhibebant. Mortui post Reges exactos in lectis, sive le.

(1) *L.47. D.de legat.3.*

lecticis efferebātur, quamobrem leges XII. Tabb. ſanxerunt ne plures lecti ſternerentur uni, his verbis: *Uti plura funera ne uni fierent, neve lecti plures inferrentur.* Nihilo tamen minus Romani non unos defuncto ſtravere lectos, qui inſtrati pompae funereae praeibant, ut Syllae, cui ſex mille, & Marcello, cui ſexcentos lectos antelatos eſſe proditum eſt, quin & Marcello Octaviae Auguſti ſororis filio totidem lectos Auguſtus praeferri juſſit (1); haec autem mortuorum lectica a ſex plerumque hominibus efferebatur, & Hexaphorum dicebatur. Martialis (2):

Non debes ferri mortuus Hexaphoro.

infimae plebeculae Sandapila dabatur; idem:

Qua-

(1) *Servius in lib. 6. AEneidos.* (2) *Lib. 6. Epigr. 77.*

Quatuor inſcripti portabant vile
cadaver.

At lectica vivorum ortum habuit a Bythinia, & Cappadocia, ubi frequens lecticae uſus, eaque non jumentorum, ſed ſervorum humeris delata eſt, Svetonius (1): *Ab his lecticae impoſitus, & quia ſervi diffugerant, viciſſim ſuccollantibus in caſtra delatus eſt*; qui lecticam geſtabant, ii homines ad lecticam ſunt appellati, ſicut & dicitur paſtor ad baculum, puer ad cyathos. Catullus (2):

.... aere comparaſti
Ad lecticam homines ....

Sunt qui homines ad lecticam dicant eſſe alios a lecticariis, ex Ciceronis verbis (3): *Familiam vero quantam, & quam variis cum artificiis habeat, quid ego dicam? Mitto haſce*

G ar-

(1) *In Claudio cap.* 10. (2) *Epigr.* 10.
(3) *In orat. pro S. Roſcio Amer.*

artes vulgares, *Coquos*, *Pistores*, *Lecticarios*, & inscriptione Romae in aede Divae Caeciliae.

D. M.

TIB. CLAUDIO. AUG. LIB.

TIGRANO. EX. CORPORE.

LECTICARIORUM. CAESARIS, &c.

Utcumque tamen se res habuerit, dicendum, forte qui lecticas construerent, eosdem & gestare consuevisse. Veteres primaeva tempestate lectica in peregrinationibus, non autem Urbi utebantur ante Ciceronis aetatem (1), qui refert Caesarem ipsum lectica per Urbem vectum. Puella etiam Catulliana (2) petit octo homines rectos ad visendam Serapidis aedem, ad quam lectica ferri amat; nefas enim erat Serapaeum intra Urbem habere, quod extra Pomoerium colebatur, nam

(1) *Phil.2.* (2) *In Epigr. de Varri Scorto*

nam is Deus tamquam validus Excubitor in ſuburbiis ſedem habebat, ne Urbs[1] hoſtili incurſu, & clandeſtinis inſidiis vexaretur. Dio.[2] quoque δοκεῖ, inquit, δε μοιτε καὶ, εκεῖνο τὸ τῷ πρωτέρῳ ἔτει ἐπ' ἐξόδῳ αὐτῷ πσηφιθὲν τέρας ὐδενὸς ἧττον γενέθαι. τας γὰρ ναὺς αυτοῦ οὓς ἰδία τίνες ἐπεποίλωτο καθελεῖν, τῇ βουλῇ ἔδοξεν. ὐ γὰρ δὴ τοὺς θεὺς θύτως ἐπὶ πολὺ ἐνομισαν, καὶ ὅτι γέ εξενίκκοιν ὥσε, καὶ δημοσία αὐτοὺς σεβεσαι ἔξω τοῦ πωμηρίους φὰς ἱδρύσαντο. Fuere inſuper in lecticis aſſeres, vincula, pulvinaria, aliaque ornamenta pro temporum uſu quae paſſim penes Authores occurrunt.

G 2 CAP.

(1) *Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 7.* (2) *Lib. 40.*

Cap. V.

Explicata quaedam in Capite tertio legis Mamiliae Coloniarum deducendarum.

IN lege Mamilia Rofcia Peducaea Aliaena Fabia de Coloniis deducendis haec verba leguntur : *Quae Coloniae lege deducta , quo jure Municipium , Praefectura , Forum, Conciliabolum conftitutum erit, qui ager inter adfines eorum erit , qui termini in eo agro ftatuti erunt , quo in lo.*(1) *terminus non ftabit, is cujus ff.*(2) *ager erit terminum reftituendum , curatoque recta autum actum effe vellit , idque Magiftratus , qui in ea Colonia, Municipio, Praefectura jurisdicundi praeerit , facto uti fiat .* Non in-

(1) *Loco.* (2) *Suprafcriptus.*

incongruum arbitror quid ſint Coloniae, Municipia, Praefecturae, Fora, Conciliabula ſcrutari. Coloniae[1] olim non unius generis, aliae etenim Latinorum Civium Romanorum aliae, item nonnullae ex peditibus, equitibusve, qui in agrum bello comparatum liberorum quaerendorum cauſſa mittebantur; exhinc Bononia latina fuit, Mutina, & Parma Coloniæ Romarum Civium; Placentia equitibus tantum donata eſt latinis. Hos inter jus Civitatis, Suffragii, & Magiſtratus capiendi, Latinis tantummodo indultum eſt, ſi in ſua Colonia geſſiſſent Magiſtratum ex Gn. Pompeii Strabonis reſcripto: Verum Italicis in Urbe nullum erat jus, ſed his, qui in Colonias deducebantur, jus illud Civitatis ſervabatur; extra Italiam tamen im-

(1) *Liv. Decad. 3. lib. 8.*

immunes erant, quousque ex Antonini [1] Constitutione Provincialibus omnibus jus Civitatis est exaequatum. Municipia urbes erant Romanorum jure donatae, in quas, si quando Coloni deducebantur, Coloniarum conditionem, & statum subibant, & cum antea jure proprio uterentur, porro a Deductore legem accipiebant; proinde distat municipium a Colonia, nam Municipes aliunde in civitatem veniunt: Colonia vero ex civitate alio traducitur. Praefecturae fuerunt, in quibus erant nundinae, jusque dici solitum, quo ex urbe Praefecti, qui jus dicerent, mittebantur; fuere quoque, cum Coloniae territorio ager, aut ejus pars adderetur ex eo, quod Colonis non sufficeret, ut Campus Mantuanus Cremonensi Coloniae

(1) *L. in Orbe, C. de statu hominum.*

niae superadditus, hinc querela Pastoris apud Maronem (1):

Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae.

Forum locus erat negotiationum, ubi & jus dicebat Magistratus; fora tamen permulta Romae fuere, ut forum Flaminii, Julii, Licinii ab Authorum nomine. Conciliabula postremo erant, in quibus jus dici, & in Concilium convenire mos fuit, haec aliquando in municipii jus adscendebant Frontinus (2): *Hoc conciliabulum fuisse ferunt, & postea in Municipii jus relatum.*

CAP.

(1) *Eclog. 9.* (2) *De Limit. Agror.*

CAP. VI.

Per Corbem metiri. Colum.

ULpianus [1] haec habet: *Faciundum, quod Veteres putaverunt, per Corbem venditorem mensuram facere, & effundere: Veteres enim propter hoc mensuram sua ferunt, si quanta mensura esset non appareat, videlicet, ut appareret quantum Emptori vini perierit.* Corbes vasa esse spartea, nonnunquam & ex vimine conflata reor ad vinum demetiendum. Varro [2]: *Uti fere sunt, quae ex viminibus, & materia rustica fiunt, ut Corbes, Fiscinae...* Sicuti & urnas, & amphoras, quas Cato [3] eidem usui destinatas scribit, ne, si fictiles essent, saepius tractando fran-

(1) *L. si vinum, D. de peric. & comm. rei vend.*
(2) *De re rust. cap. 22.* (3) *De R.R. cap. 11.*

frangerentur. Per Corbem itaque metiri, quod ait Jurisconsultus, vulgo per Hostam dicunt. Pomponius (1) Coli mentionem diserte habet, his verbis: *In argento potorio utrum id dumtaxat sit, in quo bibi possit? An etiam id, quod ad praeparationem bibendi comparatum est, veluti Colum Nivarium, & Urceoli, dubitari potest? sed propius est, ut haec quoque insint.* Colum Pomponii est Nivarium, in quo nives attenuabantur, quod aeneum erat, aut argenteum; Hujusmodi tamen Colum in Tricliniis obtinuit, aliud prorsus est Colum rusticum, quod ad defaecandum vinum, purgandumque inserviebat. Virgil. (2)

.... tu spisso vimine qualos,
Colaque praelorum fumosis deripe tectis.

H Ca.

(1) *L. in argento, D. de auro, & argento legat. Colum Mayranum scite descripsit V. C. Dominicus Aulisius in opusc.* (2) *Lib. 2. Georg.*

Cato[1]: *Cola vitilia, Cola, quae florem demant tria, urceos mustarios decem*. Ubi vides Cola ad vinum primae notae fecernendum adhibita.

(1) *De R.R. cap.11.*

CAP. VII.

Patricii, Adscriptitii glebae, Silentiarii explicantur.

PAtricii olim appellati, quod patrem ciere poffent; Verum id obtinuit tempeftate Confulum, & fuperiorum Caefarum, nam annis pofterioribus Patriciatus infignia fuere, quae a Principe deferebantur, eoque titulo donatus, *Pater Imperatoris*, vocitabatur; Juftinianus[1], *Imperatoriam*, ait, *celfitudinem non valere, eum, quem fibi Patrem elegit, ab aliena eximere poteftate*. Clari quoque

(1) *Lib. 1. Inftitut. tit. 5.*

que Viri, *Parentes*, ab Impp. appellitabantur, etſi Patricii non eſſent; Theodoſius Imp. ad Auſonium:

Theodoſius Auſonio Parenti ſalutem.

Amor meus, qui in te eſt, Parens jucundiſſime......

Adſcriptitii glebae erant extremae ſortis ſervitia, quae una cum praediis venibant, praediorumque conditionem ſectabantur. Silentiarii, quorum mentio fit in Codice [1], erant Excubitores in conſiſtorio, vel palatio Principis; ſtabant fere ad limina, & murmur componebant D. Ambroſius [2]: *Veſperi profectus eſt Silentiarius.* Horum ſchola erat in Aula Conſtantinopolitana, uti ex Nicephoro [3] notum eſt.

(1) *L. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. teſtam. & l. ult. C. de excuſat. tutor.* (2) *Orat. de morte Valent.* (3) *Lib. 16. cap. 24.*

CAP. VIII.

Camelaria. Fossatum. Glandem legere in Pandectis.

INtritam imitabimur hodie oleribus variis confectam; veremur tamen, ne hoc nostro moreto fastidium stomacho laborantibus faciamus. Tentemus igitur: *Camelasia*, inquit Jurisconsultus (1), *similiter quoque personale munus est.* Quodnam hoc exercitium animadvertendum est, nam vocis hujus non est constans lectio; *Camelariam* enim alii, nonnulli *Camelelariam* (2), aliqui *Camelasiam* (3) legere student; ego *Camelariam* esse scribendum contendo, eo prorsus ritu, quo, qui saccos, militumque Saga consuunt, Saccariam, Sagariamque fa-

(1) *L. munerum, §. Camelasia, D. de muner. & honorib.* (2) *Budaeus in annot.* (3) *Nebrissens. in Lexic.*

facere non absurde dicuntur; hinc *Sagaria negotiatio*, apud Ulpianum [1]: Lapis in Insula Transtiberina:

J. O. M.
VOLUVIO. TERTULLO.
NEGOTIATORI. SAGARIO.
EX. APULIA.

Apud Modestinum [2] frustra legitur, *Aut qui a fossa tunc recedit, capite puniendus est*; Primum enim pugnant Florentinae, ubi: *Qui a fossato recedit*; Castrorum ergo fossa *Fossatum* dicitur; item Capitolinus [3] author est: *Castra omnia Fossato circuibat*. Ulpianum [4] inlibatum non omittam, inquit ille: *Ait Praetor, Glandem, quae ex illius agro in tuum cadit, quo minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto. Glandis nomine omnes fructus continentur.*

(1) *L. 2. D. pro socio.* (2) *L. Desertorem; §. qui in exploratione, D. de re militar.* (3) *In Gordiano.* (4) *L. unic. D. de glande legenda.*

tur. Plinius [1] tamen Jurisconsulti mentem assequutus minime videtur, scribit enim: *Cautum est praeterea XII. Tabb. ut Glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere*; quo loci Plinius Glandem tantummodo intellexit. At quoniam de perceptione fructuum disputatio incidit, liceat, quid sit, *legere Poma*, frequentissimum apud Poetas, subnectere; Virgilius [2]:

Ipse ego Cana legam tenera lanugine Mala.

Ubi Servius rem obscaenam verecunde velari dixit. At belle Hellespontiacus hortorum Custos [3] ait:

Rusticus inculte si quid dixisse videbor,
Da veniam, Libros non lego, Poma lego.

idem:

(1) *Lib. 16. histor. natural. cap. 5.* (2) *Eclog. 2.*
(3) *In Priapeiis*,

idem:

Quod meus hortus habet sumas impune licebit,
Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

Dicis, Jocique caussa haec apposui; scio enim verborum licentiae serio Indulgentes legis Dictatoriae capite decimo committere.

CAP. IX.

Camum. Lances leves ex sigillaribus emtae apud Scaevolam.

HAErebam aliquando, nec plane assequebar apud Jureconsultum(1), quale potionis genus esset *Camum*; id, ne quid dissimulem, me fugit; ni sit Lora; favet Apicius(2), qui, *Camum*, inquit, *vel defrutum* im-

(1) *L.9. D.de tritic.vin.& oleo legat.*
(2) *Lib.3. de re culinar.*

immittatur, quod Romani Loram vocant. Lora potio est iis, qui ruri glebam fodiunt, dari consueta; hujus conficiendae rationem tradit Columella [1] his verbis: *Quantum vini uno die feceris, ejus partem decimam quot metretas efficiat, considerato, & totidem metretas aquae dulcis in vinaceis, sed quibus unius diei vinum expressum erit, addito; eodem & spumas defruti, sive sapae ex lacu confundito, & permisceto; eamque intritam macerari sinito, postero die pedibus proculcato, & sic permixtam praelo subjicito, quod deinde fluxerit, aut doliis, aut amphoris condito, & cum deferbuerit, obturato: Commodius autem servatur in amphoris. Hanc ipsam Loram M. Columella ex aqua vetere faciebat, & nonnum-*
quam

(1) *Lib.* 12. *de Re Rustic. cap.* 40.

quam plus biennio innoxiā servabat. Verum ab hoc placito discedit Hieronymus Mercurialis (1), qui Cujacium de hac re perstringit, doletque itidem Cujacium super *Acinaticio* apud Ulpianum (2) dormitasse. Illud Scaevolae (3) quoque mentem meam exagitabat, qui haec habet: *Paterfam. ita legavit: Lances numero duas leves, quas de sigillaribus emam, dari volo.* Lances leves existimo puras esse, quae signis asperae non sunt. Sigillaria (4) autem vicus fuit Romae percelebris, ubi statuae venales exponebantur, ibique vasa praecipua, signaque auro, & argento caelata, unde nomen loco inditum; Svetonius (5): *Essedum argenteum sumtuose fabrefactum, & vena-*

(1) *Lib.5. variar.lect. cap.1.* (2) *L.si quis vinum, D.de trit.vin.& oleo legat.* (3) *L.penult. §.Paterfam. D.de leg.3.* (4) *Gell.lib.2.cap.3.* (5) *In Claudio cap.16.*

le ad ſigillaria redimi, concidique coram imperavit; idem [1]: *Ac mox Romae circa ſigillaria comitatus eſt, identidem exoſculans*.

(1) *In Nerone cap.*28.

CAP. X.

Protbyrum in Pomponio quid, & quid velamen Papiniano?

AIt Pomponius [1]: *Statuae adfixae baſibus ſtructilibus, aut tabb. religatae catenis, aut erga parietem affixae, aut ſimiliter quae cohaerent lignis non ſunt aedium, ornatus enim aedium cauſſa parantur. Item Labeo ait Protbyrum, quod in aedibus interdum fieri ſolet, aedium eſt*. Poſtrema

(1) *L.*245. *de verbor. ſignif.*

ſtrema haec verba in Florentinis leguntur ſic: *In aedibus iterum qui fieri ſolet*; Sed legendum, *in aedibus utrinque*. Eſt autem Prothyron [1] inſtar veſtibuli, plerumque opertum, quod ante aedes, & oſtium ſit poſitum ad arcenda ab aedium veſtibulo vehicula, eratque ligneum machinamentum ante januas affixum; ideo cenſuit Jureconſultus ex authoritate Labeonis, Prothyra aedium eſſe partem, tametſi facile demi poſſint, quemadmodum ſtructuram quamcumque ligneam, quae aeſtate tolli hyeme reponi ſolet, aedium eſſe partem putavit, & proinde, domo vendita, hujuſmodi machinam ad emtorem pertinere: Papinianus [2] idipſum *Velamen* dixit: *Prothyron domus, ſi velamen eſt, inſtrumento domus continetur.*


(1) *Vitruvius lib.6. Archit.cap.*10. (2) *L.quaeſitum, D.de fund.inſtr. vel inſtrum.legat.*

NOCTIUM ATELLANARUM.

LIBER III.

Cap. I.

Patina. Patella. Paropsis. Sigilla. Vasa pura. Miliarium. Vasa murrhina. Calix. Hydria. Pyxides. Ampullae, in tit. de auro, & argent. legat.



URECONSULTUS Vasa nonnulla describit ad plerosque usus destinata, quae etsi non admodum perplexa sint, tamen de iis aliqua delibare hodie abs re non existimavi. Patinae (1) igitur di-

(1) *L. cum aurum, §. si cui vascula.*

dictae ſunt, quod pateant, quas Jureconſultus (1) alibi inter culinaria vaſa adnumerat, ait namque: *Patinae, & caccabi ad coquendum pulmentarium.* Utebantur priſci patina ad obſonia ferenda. Horatius (2):

Si quis eum ſervum, patinam qui tollere juſſus
Semeſos piſces, tepidumque ligurierit jus.

Patella fuit modica patina, quae vas erat eſcarium ad olera, & pulmenta ponenda; Juvenalis (3):

Ponitur exigua feralis menſa patella.

Paropſis (4) vas quoque fuit eſcarium, quod argenteum plerumque fuit, ut innuit Jureconſultus hic, nam quoque fuere fictiles paropſides in uſu Martialis (5):

Cui

(1) *L. quum de Lanionis, D. de fundo instructo.*
(2) *Lib.* 1. *Satyr.* 3. (3) *Satyr.* 5.
(4) *L. & ſi non ſunt clavi.* (5) *Lib.* 11. *Epigr.* 28.

Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra
Alecem . . . .

Tranquillus (1) : *Et ordinario quidem diſpenſatori breviarium rationum offerenti paropſidem leguminis pro ſedulitate, & diligentia porrexiſſe.* Caccabos (2) quoque argenteos enumerat Jureconſultus, quos inter culinaria reponit Paulus (3) his verbis: *Nec multum refert inter caccabos, & abenum, quod ſupra focum pendet, his aqua ad potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur.* Tertullianus (4) : *Apud te Agape in caccabis fervet fides, in culinis calet.* Sigilla (5) ibidem ſunt parva ſigna aliquem vel Hominem, vel Deum ſimulantia. Cicero (6) : *Appoſuit patellam, in qua ſi-*

(1) *In Galba cap. 12.* (2) *Ead. l. §. inſtrcti.* (3) *Ead. l. quum de Lanionis, D. de fundo inſtr. vel inſtrum. legat.* (4) *De jejun.* (5) *Ead. l.* (6) *VI. in Verrem.*

ſigilla erant egregia, iſte continuo ut vidit, non dubitavit illud Inſigne Penatium, hoſpitaliumque Deorum ex hoſpitali menſa tollere. Vaſa pura dixit Jureconſultus (1) non caelata, ad diſcrimen, ut puto, incruſtatorum, aurȩ enim fruſtula vaſis adnectebantur. Horatius (2).

Sincerum cupimus vas incruſtare.....

Quae vaſa hac ſpecie diſtincta *Chryſendeta* dicit Martialis (3):

Ponuntur ſemper Chryſendeta Calpetiano,
Sive foris, ſeu quum coenat in urbe domi.

Nec ſolum aureas cruſtas vaſis, ſed & ſigilla illigabant ope coelaturae, quae exinde *ſigillata vaſa* vocat Cicero(4): *Cum ſederem*, inquit, *domi triſtis,*

(1) *L. ſi in rem, D. de rei vind.* (2) *Lib. I. ſermonum.* (3) *Lib. 6. Epigr. 94.* (4) *VI. in Verrem.*

ſtis, accurrit Venerius, jubet me ſcyphos ſigillatos ad Praetorē ſtatim afferre. Miliarium (1) vas erat ad aquam calidam reddendam ex Athenaeo (2); Tamen Cato (3) ait, Miliarii uſum eſſe in trapeto, quod aeneum fuiſſe diſerte docet Columella (4). Ait ergo: *Itaque quo tempore malvae florent; vas aeneum ſimile miliario veſpere ponatur inter alvos, & in fundum ejus lumen aliquod demittatur, undique papiliones concurrunt, dumque circa flammulam volitant, aduruntur.* Vaſa murrhina Plinius (5) luculenter commendat, ubi refert *Petronium virum conſularem Neronis invidia, ut menſam ejus exhaeredaret, trullam murrhinam CCC. ſeſtertiis emtam confregiſſe.* Tranquillus (6) au-

thor

(1) *Eod. §.infecti.* (2) *Lib.3. Dipnoſoph.* (3) *De re ruſtica cap.22.* (4) *De R.R. lib.1. cap.14.* (5) *Lib.37. cap.2.* (6) *In Auguſto cap.71.*

thor eſt: *Auguſtum ex Alexandria capta nibil ſibi, praeter unum murrbinum calicem ex ornamento regio retinuiſſe*. Calix, qui ex vitro, item ex terebintho, non tam vas eſt, quam pro cujuſque vaſis ventre uſurpatur. Plinius ubi de murrhini pretio, *Excreſcit*, inquit, *in dies ejus rei luxus, murrbino octoginta H. S. empto, capaci plane ad ſextarios tres calice*. Hydria fuit vas aquarium. Plutarchus (1): *οἱ μεν αξίνας, οἱ δὲ πελέκεις ἔνιοι δὲ καὶ ξίφη καὶ λέτχας ἅμα ταῖς ὑδρίαις ἀναλαβόντόν, ὡς καὶ δία μάκης ὑδρευσόμενοι.* Ampullae, & Pyxides unguentaria vaſa ſunt. Ampulla uſui fuit in balneis ad unctiones peragendas, in qua oleum fortaſſe, aut linimentum ſervabatur unctui opportunum; Platus (2):

K Cy-

(1) *In Mario*. (2) *In Perſa. Sc. rem omnem inveni*.

Cynicum esse egentem oportet, parasitum probe,
Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium,
Marsupium habeat, inibi paullulum prandii.

Praeter tamen unguenti usum, literis quoque proditum invenio, res Diis sacratas, pyxide fuisse contentas. Petronius(1): *Praeterea grande armarium in angulo vidi, in cujus aedicula erant lares argentei positi, Venerisque signum marmoreum, & pyxis aurea non pusilla, in qua barbam ipsius conditam esse dicebant*; Ubi per transennam unum, atque alterum adnotare liceat, primum barbae vovendae ritum, deinde Venerem hanc barbatam. Primam barbae lanuginem Diis consecravit Romana(2) Adolescentia;

(1) *Satyric. cap.* 29.
(2) *Lips. ad annal. Tacit. lib.* 14.

tia; Svetonius[1]: *Inter Buthysiae apparatum barbam primam posuit conditam in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam capitolio conservavit*. Dio[2] quoque festa commemorat in barbitonsura Neronis: *Post haec celebravit festa, quae dicuntur Juvenalia; ea propter barbam ejus, quae tum primum rasa fuerat, facta sunt, cujus pilos in sphaeram auream conjectos Jovi Capitolino consecravit.* Alterum de barba Veneris Macrobius[3] me docet: *Signum Veneris est Cypri barbatum corpore, sed veste muliebri, statura Viri, & putant eandem marem, & foeminam esse.* Haec carptim ex Pandectis gustabamus, ea tamen uti indigesta, & inconcinna aliorum sano judicio submittimus.

K 2 CAP.

(1) *In Nerone cap. 12.* (2) *De Nerone.*
(3) *Lib. 3. Saturn. cap. 8.*

CAP. II.

Scriptura. Decuma. Portorium Pop. Rom. Vectigalia.

M. Tullius Cicero (1) diserte vectigalium genera, quibus tenebantur Romani homines, describit: *Ita*, inquit, *neque ex Portu, neque ex Decumis, neque ex Scriptura vectigal conservari potest. Pecora relinquuntur: Agricultura deseritur: Mercatorum navigatio conquiescit.* Decumam igitur, Portorium, & Scripturam fuisse ea tempestate vectigalia notum est. Decuma capiebatur ex agricultura, agri namq; vectigales decimam Pop. Rom. pendebant; Sicuti olim Sicilia Horreũ Populi Romani dicta, ubi Verres Praetura functus Insulam omnem expilavit.

(1) Orat. pro l. Manil.

vit. Scriptura, ut Cicero ait, ex pecoribus est, nam qui in publicis pascuis pecora pascebant, capitum numerum apud Publicanum profitebantur, tunc continuo in commentarium capita redigebat Publicanus, & certum aes pro capite exigebat; inde *Scriptuarius ager* (1) publicus est, in quo, ut pecora pascantur, certa pecunia tribuitur, quoniam Publicanus init rationem cum pastore, & ex eo *Scriptura* appellatur; Plautus (2):

Nam adversum legem a me ob meam
Scripturam pecudem accepit.
At fere idem, quod tu facis, faciunt
rem malegerentes,
Ubi non est Scripturam unde dent, incusant Publicanos.

Hinc sunt illa *Inscriptum*, & *Scripturarius*; illud est pecus, quod non est pro-

(1) *Festus lib.*17. (2) *Truculent. Sc. ad fores auscultato.*

professum, neque a Publicano in commentarium redactum. Varro (1): *Ne, si inscriptum pecus paverint, Lege Censoria committant*. Lucillius:

Facit idem, quod illi, qui inscriptum ex Portu
Exportant clanculum, ne Portorium dent.

Scripturarius vero fuit ex numero Publicanorum; colligo ex eodem Lucillio:

Publicanus vero Asiae fiam, ut Scripturarius.

Tertium fuit Portorium, quod ex mercatura eliciebatur, puta si quid mercium importaretur, aut exportaretur, de qua re Censs. cognitionem habebant; ab hac tamen Portorii praestatione in Siciliae Portu immunes erant Domini, qui mancipia pro suo usu

(1) *De re rustic. lib. 2. cap. 1.*

usu importabant; Alphenus Jurisconsultus[1]: *In lege Censoria Portus Siciliae ita scriptum erat, servos, quos domum quis ducet suo usu, pro his Portorium ne dato.* Rem omnem hisce verbis venuste complectitur Tullius[2]: *Ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quae exportantur.* Haec omnia Mancipes exigebant, Principes nimirum Publicanorum, qui quaestus sui caussa, quando Decumas conducunt *Decumani*, cum Portum, aut Pascua publica *Portitores*, aut *Pecuarii* dicuntur, eorumque Ratio *Scriptura* appellatur.

CAP.

(1) *L. 203. D. de verbor. signif.* (2) *Ead. Orat. pro l. Manil.*

C a p. III.

Promulſidaria apud Pomponium Juriſconſultum expenduntur.

POmponius [3] memoriae prodidit, vaſis legatis, Scutellas, & Promulſidaria contineri, fuere tamen Promulſidaria, in quibus mulſum exhiberetur; promulſis ergo vice mulſi apponebatur convivis ad famem obſonandam, quales propemodum Artolagani, Oleae, Lucanicae. Promulſidem igitur ſub initium guſtabat is, qui primus in lecto accumbebat; Plautus [2]:

Da Puer ab ſummo, age tu interibi ab infimo
Da ſuavium.......

Quo

(1) *L. etſi non ſunt clavi, §. argento facto, D. de auro, & argento legat.* (2) *Aſinaria.*

Quo loci minime reticendum censeo lectos Tricliniares ad formam literae graecae, quae *Sigma* nominatur, confictos esse, hac specie *C* quamobrem non ultra convivas septem sigma capiebat. Martialis [1]:

Septem sigma capit, sex sumus, adde Lupum.

Mulsum autem ex vetere vino, & austero factum non implet stomachum, sed aviditatem cibi revocat, ut Plinius [2] monet, siquidem prisci primam sitim, nisi mulso sedabant, quae potio vel confecta apponebatur, vel ejus loco vinum, & mel, non tamen mixta, ut convivae pro arbitrio ex iis mulsum temperarent; Horatius [3]:

Aufidius forti miscebat mella Falerno.

Quod ideo observatum est, quoniam

L va-

(1) *Lib.* 10. (2) *Lib.* 22. *histor. natur. cap.* 24.
(3) *Lib.* 2. *Satyr.* 4.

vacuis venis, dulcem potionem absorbendam putabant. Promulsis *Antecoena* quoque dicta est, cujus mentio apud Macrobium (1): *Ex indice Metelli Pontificis coena haec fuit; antecoenam echinos, ostreas crudas, & quantum vellent. In coena sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium........* In lautioribus tamen Tricliniis licuit convivis mulsum poscere, aliaque obsonia quot vellent, in coenae praesertim *Rectae* exhibitione; Quadram ergo palam expetere jus fuit, eamque non tantum stomacho receptam, verum & mappa conditam, domum adsportare; Martialis (2):

Nihil est miserius, nec gulosius
Santra.
Rectam vocatus cum recurrit ad
coenam,

Quam

(1) *Lib.*3.*Saturnal. cap.*13. (2) *Lib.*7. *Epigr.*20

Quam tot diebus, noctibusque captavit.
Ter poscit apri glandulas, quater lumbum,
Nec erubescit pejerare de turdo.

Ubi recta coena est, in qua nihil desideratur; Lucianus: καὶ ἅμα εἰσενεχθήσεται ἡμῖν τὸ ἐντελὲς ὀνομαζόμενον δεῖπνον. Petronius (1) quoque Trimalchionis munificentiam commendans ait: *Feceratque potestatem clara voce, si quis nostrum iterum vellet mulsum sumere.*

L 2 CAP.

(1) *Satyric. cap. 34.*

CAP. IV.

Quonam Supplicio veteres servum nequam, aut contumacem affecerint?

CAllistratus (1) diserte scribit, Servos, qui Dominorum vitae fuerunt insidiati, igni concremandos. Durum sane Supplicium, quod inter summa tormenta adnumerant Jurisconsulti (2), quo etiam in eos animadversum, qui Nili (3) Aggeres rumpere non exhorruerint. Verum non uno apud priscos supplicio in servitia saevitum est; siquidem servis iniquis interdum Pausicapen collo circumponebant, qua ori manus admovere prohibebantur, ne farinam vorarent, dum in opere pistrini laborarent; Pistrino enim

(1) *L. Capitalium, §. igni cremantur, D. de poenis.* (2) *Paulus lib. 5. sententiarum.* (3) *L. unic. C. de Nili Aggeribus non rumpendis.*

enim detrudi infida mancipia ſatis compertum eſt, Terentius (1):

Verberibus caeſum te in piſtrinum
Dave dedam uſque ad necem.

Tum poſt verbera, & cruciatus fame primum vexabantur; Imperator Antoninus (2): *Sed &*, inquit, *Dominorum intereſt, ne auxilium contra ſaevitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui juſte deprecantur*. Deinde multiplici tormentorum ſegete affligebantur; Plautus (3) fere omnia enumerat.

Perfidiae laudes, gratiaſque habemus merito magnas
Cum noſtris ſycophantiis, dolis, aſtutiiſque,
Scapularum confidentia, virtute ulmorum freti

Ad-

(1) *In Andria, actu* 1. *Sc.* 1. (2) *Apud Juſtinian. inſtit. lib.* 1. *tit.* 8. (3) *In Aſin. actu* 3. *Sc.* 2.

Adversum stimulos, laminas, cru-
cesque, compedesque.
Ne catenas, carceres, numellas,
pedicas: bojas,
Tortoresque acerrimos.....

Et quidem servos torqueri non infrequens. Sit mihi omnium instar Tacitus [1], qui, Pedanio Secundo Urbi Praefecto servorum conspiratione interfecto, dubitatum, inquit, an tota ejus familia, quae sub eodem tecto mansitaverat, torqueretur? Quamobrem C.Cassius sententiam rogatus, luculentam in Senatu orationem habuit, & obtinuit, ut tota familia tortura afficeretur, novissima orationis a Cassio habitae verba haec sunt: *At quidam insontes peribunt? Num & fuso exercitu, cum decimus quisque fusti feritur, etiam strenui non sor-*

(1) *Annal. lib.* 14.

sortiuntur? Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos, utilitate publica, rependitur. AEquitatem tamen in servos adhibendam divinae, humanaeque leges praecipiunt; in constitutionibus, quae Clementi Romano adscribuntur, lego: οὐκ ἐπιτάξεις δούλῳ σου, ἢ παιδίσκῃ ἐν πικρίᾳ ψυχῆς. Jubet lex (1) divina de servo haebraeo: *Non opprimes servum, non dominaberis ei dure.* Authore maxime dignum est illud (2) Apostoli dictum: *Domini, jus, & quod aequum est, servis praestate, gnari vobis quoque Dominum esse in coelo.*

CAP.

(1) *Deuteron.* 15. (2) *Ad Colossenses* 4.

CAP. V.

Ulpianus explicatur.

INquit Ulpianus (1): *Et ſane debet diſpoſitos milites ſtationarios habere ad tuendam Popularium quietem, & ad referendum ſibi quid ubi agatur*. Clarum eſt ſtationarios milites fuiſſe, qui in ſtationibus eſſent diſpoſiti; Fuere enim in foro Romano municipiorum ſtationes, quae & in caſtris erant, quarum prima, eoquod inſtructa ad ſubitas hoſtium incurſiones, Principalis dicta eſt (haec fuit, quae Praetoria, & Quaeſtoria quoque appellatur). Altera (2) a tergo caſtrorum Decumana, quoniam ex ea deſertores, & facinoroſi, in quos militari jure animadvertendum erat, educebantur

(1) *L. 1. D. de officio Praef. Urbi.* (2) *Liv. decad. 5. Veget. de R. M. lib. 1. cap. 23.*

tur. Tertia principalis (nam duae fuerunt dextera , & finiftra) ex qua Imperatores , Ducefque , fi quando opus effet , veluti ex poftico opem laborantibus afferre , militefque educere, moris fuit. Quarta poft Praetorium [1] Quintana dicebatur, per eam namque Commeatus in caftra convehi , indeque copia rerum utenfilium , quae bello ufui forent, importari, atque exportari confueta . Nequaquam tamen Ulpianum de his five ftationibus, five ftationariis fentire puto, fed verius Jurifconfultum intelligere pro iis militibus,qui in theatro,aut circo ludorum, fpectaculorumque tempore agebant ad comprimendas populi turbellas , quod inftitutum fuit ab Impp. Tacitus [2] : *Fine anni ftatio cohortis adfidere ludis folita dimovetur , quo ma-*

M jor

(1) *Feftus lib.15. & Livius decad.4. lib.1.*
(2) *Annal. lib.13.*

jor ſpecies libertatis eſſet, utque miles theatrali licentiae non permixtus incorruptior ageret, & plebs daret experimentum, an amotis cuſtodiis modeſtiam retineret. Et revera quis eſt tam lippus, qui hic de ſpectaculis ſermonem haberi non animadvertat? Quodque ibi in Ulpiano [1] eſt: *Popularium quietem*, ſciendum eo temporis Popularia dicta eſſe conſeſſum theatralem populi, plebisve, ad equeſtrium diſcrimen. Septimius Florens Tertullianus [2]: *Vias enim vocant cardines baltheorum per ambitum, & diſcrimen popularium per proclivum.* Sic equeſtria [3] erant equitum conſeſſus. Seneca [4]: *Equeſtria omnium Equitum Romanorum ſunt.* Et Petronius [5]: *Ego, etiamſi ancilla ſum, numquam tamen, niſi in equeſtribus ſe-*

(1) *Ead. l. 1. D. de off. Praef. Urbi.* (2) *De Pallio.* (3) *Lipſ. de amphith. cap.* 14. (4) *Lib.* 7. *de Benef. cap.* 12. (5) *Satyric. cap.* 86.

ſedeo. Neque deeſt Calliſtrati Jureconſulti [1] teſtimonium: *Turbulentas adclamationes popularium*. Illud poſtremum in Ulpiano[2], *quid ubi agatur*, valet pro, *quid ibi*, pro veteri ritu Florentinarum literas commutandi.

(1) *L.28. D.de Poenis.* (2) *Ead. l. 1. de off. Praef. Urbi.*

C a p. VI.

Jus Italicum. Dardanarii. Saccularii.

Cum primum Italiae ſolum immune factum eſt, Provinciale tributarium, nonnullae regiones jus Italicum impetrarunt, ut Coloniae, quarum plurimae enumerantur in *titulo de cenſibus*. Tributorum alterum agris, alterum capitibus impoſitum, ſed quibus a Principe capitis vectigal

remittebatur, iisdem & agrorum remissum esse Imperator Titus interpretatus est. In eo titulo oeensis Colonia Neapolis est, ut putat Hadrianus Turnebus(1). In Africa Carthago, Utica, Leptis magna a Divo Severo, & Antonino Juris Italici factae sunt; Non abs re, siquidem Severus cum & ipse Afer esset, his Africae civitatibus jus italicum elargiri minime omisit. Dardanarii(2) sunt, qui fruges undique coemunt, & annonam vexant, dicti tamen videntur a Dardano quodam mago; Tertullianus: *Ut istis*, inquit, *tam vocabulis utar, quibus auctrix opinionum istarum magica sonat, ostentantes & Typhon, & Dardanus, & Damigeron, & Nectabis, & Berenice*. Ulpianus (3) tamen Saccularios eos nominat, qui vetitas exercent

(1) *Adversar. lib. 9. cap. 15.* (2) *L. 6. de extraord. crimin.* (3) *L. 7. eod. titulo.*

cent artes, quique in ſacculos ablata conjiciunt; Dicti autem ſunt a ſacculo, qui eſt numorum repoſitorium; Catullus [1]:

. . . . nam tui Catulli
Plenus ſacculus eſt aranearum.

Et idem Ulpianus[2]: *Si vero ſimul in ſacculo ſolvit, nihil fecit accipientis.*

(1) *Epigr.*13. (2) *L.ſed & ſi quid, D. de uſufr.*

C A P. VII.

Locus apud Tullium lib. 1. de legibus elucidatus.

Horis pomeridianis M. Tullium non faſtidiose lectitabam, quando haec verba nactus ſum; ait Cicero: *Ex hac autem non rerum, ſed verborum diſcordia controverſia nata eſt de finibus, in qua quoniam uſucapionem*

nem

nem XII. Tabb. intra quinque pedes esse voluerunt depasci veterem possessionem ab hoc acuto homine non sinemus, nec Mamilia lege singuli, sed nos tres Arbitri fines regemus. Recte hic de lite finium, eorumque usucapione, necnon lege Mamilia, & Arbitris super hac re dandis nonnulla scitu digna conferuntur. Ait Cicero: *Controversia nata est de finibus*, nam & *loci* controversiam continet altercatio de finibus; De loco controversia est ultra quinque pedes, cum in confinio, vel agrorum medio quæreretur cujus esset portio aliqua territorii (& *Locus* hic non dicitur Fundus ex authoritate Ulpiani(1))& tum Praetor cognoscebat, cum intervallum hoc usucapi posset. De finibus vero controversia erat intra quinque pedes, nam edi-

cto

(1) *L. locus*, *D. de verbor. signif.*

cto XII. Tabb. cautum eſt, ut inter vicinorum praedia, conſtitutis finibus, quinque pedum ſpatium intercederet, qua ire agere utrique Domino jus eſſet; itaque ut circumverti aratrum, ſulco facto, poſſet, hoc ſpatium uſucapi non poſſe ſanxerunt Imppp. Valens[1], Theodoſius, & Arcadius. Aggenus Urbicus[2]: *De fine enim lex Mamilia quinque pedum latitudinem perſcribit, quoniam hanc latitudinē, vel iter ad culturas accedens occupat circumactus aratri, quod uſucapi non poteſt*. Mamilia ergo lege quoties de quinque pedibus erat controverſia, Menſor, ſive Arbiter dabatur, qui fines regeret; Neque tantum de fine, & loco, ſed & *de modo* quaeſtiones fuerunt in agris diviſis, & adſignatis, cum in ære, ſeu forma agrorum mo-

dus

(1) *L. quinque pedum*, *C. fin. regundor.*
(2) *De lege Mamilia.*

dus cuique militi adſignatus comprehenderetur, ut paſſim Juriſconſulti [1] teſtantur.

(1) *L. qui Tabulam, D. ad l. Juliam Pecul. l. de modo, D. finium regundor. & l. Lucius, D. de evictionibus.*

CAP. VIII.

Metatorium. Obnoxii. Aſinus Machinarius.

EX titulo [1] de Metatoribus deprehendimus Metatores eſſe, qui advenientibus hoſpitibus locum parant D. Cyprianus de Chriſto: *Metator quodammodo veſter nunc quoque vos antecedit.* Theodoretus [2] commendat conſtantiam Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis, qui Theodoſium Imperatorem

(1) *Lib. 12. Cod.* (2) *In 5. hiſtoria.*

peratorem Templi ingreſſu prohibuit, cui junctum quoque fuiſſe *metatorium*, quae ſubnectam, oſtendunt: ἐπειδὴ δὲ τοὺς ἱεροὺς περιβόλους, κακατελαβεν, εἰς μὲν τὸν θεῖον οὐκ ἐσεληλυθε νεὼν, πρὸς δὲ τὸν ἀρχιερέα παραγενόμενος ἐν δὲ τῷ ἀσπαστικῷ οἴκῳ οὗτος καθῆστο ἐλιπάρου λυθῆναι τῶν δεσμῶν; ideo autem in templis aderat metatorium, ut eo loci poſſet Populus conſiſtere, antequam ſacra peragerentur. *Obnoxii* ſunt ii, a quibus tributa percipiebantur: in Codice Theodoſiano (1) legitur: *Viceni ſolidi per ſingulos equos, qui a Colonis, atque Obnoxiis exiguntur*. Aſinus machinarius eſt Piſtrinarius, qui molam machina quadam involutam movet, & devolvit, quae & machina frumentaria dicitur Jureconſulto. Aſina quoque molendinaria viſitur apud Paulum (2), non

(1) *L. 1. C. de Eq. Coll.*
(2) *Ead. l. quum lanionis, C. de fund. inſtruct.*

enim Jurisconsultorum tempestate adinventae erant machinae, quae delabentis aquae impetu rotantur.

C A P. IX.

In lege cum vir, C. ad l. Juliam de adulter. *delibatio. Eumolpi Testamentum.*

Constantius, & Constans Impp. constitutionem ediderunt contra Puerarios, quae in Codice ita describitur: *Cum vir nubit in foemina viros paritura, quid cupiatur, ubi sexus perdidit locum, ubi scelus est id, quod non proficit scire, ubi Venus mutatur in alteram formam, ubi amor quaeritur, nec videtur*. Emendo ex Durant. Casellio primores illas voces hoc pacto: *Cum vir nubit in foeminã viris porrecturam quid cupiatur*, & verbum postremum sic: *Ubi amor quae-*

quaeritur, nec invenitur. Vincent.[1]

Quaerit ſe natura, nec invenit,
omnibus ergo
Scorta placent . . . .

Et Clemens Alexandrinus [2]: πάντα μετακεκίνηκεν ἡ τρυφὴ, κατῄσχυνε τὸν ἄνθρωπον, ἁβροδίαιτος περιεργία πάντα ζητεῖ, πάντα ἐπιχειρεῖ, βιάζεται πάντα, συγχεῖ τὴν φύσιν. τὰ γυναικῶν οἱ ἄνδρες, πεπόνθασιν, καὶ γυναῖκες ἀνδρίζονται παρὰ φύσιν. Incidi aliquando in Eumolpi Teſtamentum his verbis conceptum [3]: *Omnes, qui in teſtamento meo, legata habent, praeter liberos meos, hac conditione percipient, quae dedi, ſi corpus meum in partes conciderint, & adſtante Populo comederint.* Faedum dictu, auditu inſolens! Evolventi tamen antiquitatis

N 2 ru-

(1) *In Specul. doctrinal. lib.4. cap.120. tit. de natural. deſider. ſecundum Philoſophos.*
(2) *Paedagog. lib.3. cap.11.* (3) *Apud Petron. Satyric. cap.101.*

rudera passim obvium fuit barbaros hominum quorundam mores perlegere, in quibus id quoque memini legisse, quemadmodum de Scythis, Scotisque tradit Divus Hieronymus(1), & Septimius Fl. Tertullianus(2): *Ajunt*, inquit, *apud quosdam Scytharum gentiles defunctum quemque a suis comedi*. Neque desunt super hac re D.Johan.Chrysostomi(3),& Eusebii(4) testimonia.

CAP.

(1) *Contr. Jovinian. lib.2.* (2) *In Apologetico.* (3) *In D. Matth. homil.10.* (4) *De praeparat. Evangel. lib.1. cap.3.*

CAP. X.

Val. Catulli versus de Raphanitide explicatus.

CAtullus Aurelio[1] suum scortillum commendans, ut & Aurelium ipsum a pueri contactu deterreret, haec edicit:

Quod si te mala mens, furorque vecors
In tantam impulerit, scelestae, culpam,
Ut nostrum insidiis caput lacessas,
At te tum miseri, malique fati,
Quem attractis pedibus, patente porta
Percurrent rhaphanique, mugilesque.

Quodnam ergo fuit id supplicium? Cer.

(1) *Epigr.* 15.

Certe in moechos, & ſtupratores; Athenis namque hujuſmodi adulteri mugile plectebantur, ſedes enim calido cinere expilabatur, mugileſque praegrandes in podicem immittebantur, quod ſupplicium παρατιλμόν dixerunt; Juvenalis (1):

.... quoſdam moechos & mugilis intrat.

Portam tamen Poeta vocat paretm eam, quam inter res ſerias nominari non decet. Author Priapejorum:

Jam primum ſtator hic libidinoſus
Alternis & eundo, & exeundo
Porta te faciet patentiorem.

In Attide alterum uſurpatum invenio, moechos nempe rhaphanis per obſcaena affici, quae multa dicebatur ῥαφανίδωσις. Attractis quoque pedibus fuiſ-

(2) *Satyr.* 10.

fuiſſe, dum depilarentur, conſtat [1], nam quadrupedes ſtatuebantur,& per vim mugiles, rhaphanique in podicem intrudebantur; Rhaphani in Germania ad infantium magnitudinem excreſcere dicuntur.



NO-

(1) *Ariſtophan. in Nebulis.*

NOCTIUM ATELLANARUM.

LIBER IV.

CAP. I.

Praeconii formula ad Puerum deperditum lance, & licio perquirendum expenditur.

IN perquirendo Gnythone, quem Encolpius occuparat, sollicitam Ascylti curam describit Petronius, itemque indagandi modum, quo utebatur Praeco una cum Ascylto ad Puerum deperditum repetendum: Ea sunt ferme verba (1): *Intrat stabulum Praeco cum servo publico, aliaque sane non modica frequentia, facemque*

(1) *Satyric. cap.* 57.

que fumosam magis, quam lucidam quassans, haec proclamavit: Puer in balneo paullo ante aberravit, annorum circa XVI. crispus, mollis, formosus, nomine Gnython; si quis eum reddere, aut commostrare voluerit, accipiet numos mille; Nec longe a Praecone Ascyltos stabat amictus discoloria veste, atque in lance argentea indicium, & fidem praeferebat. Ex his plane verbis rem amissam indagandi ritus ex Petronio elucescit; Prosequamur ergo singula: *Praeco cum servo publico intrat stabulum*: ad perquirendum scilicet furtum, quod lance & licio dicebatur, quia qui (1) furtum ibat quaerere in domo aliena, licio succinctus intrabat, lancemque ante oculos habebat ob matrumfam. virginumque praesentiam; Plautus (2): O *Cer-*

(1) *P. Pithaeus adverf. lib. 1. cap. 2. Brisson. antiquit. lib. 1.* (2) *In Mercatore.*

Certum est Praeconium jubere jam
quantum est conducier,
Quique illā investigent, qui inveniāt:
post ad Praetorem illico ibo, orabo.
Ut Conquisitores det mihi in vicis
omnibus.

Deinde Praeco haec proclamavit, est genuina ratio fugitivos perquirendi; Apollodorus[1], ὀδυσσεὺς, inquit, δὲ μηνυθέντα περὶ λυκομήδους ζητῶν, ἀχιλλέα σάλπιγγι χρησάμενος εὗρε· paulo deinde: *Puer in balneo .... annorum XVI.* Haec est legitima Ephebi aetas: Josephus[2] ait, *Herodes haud judicavit forma, aetate florentem Aristobulum, (erat enim annorum sexdecim) & genere praestantem mittere ad Antonium hominem libidini deditum, & voluptates inverecunde conquirentem.* Prosequitur Praeco, *accipiet*, ait, *numos mil-*

(1) *Lib.3. de Deor. origin.* (2) *Antiquit. Judaic. lib.15. cap.2.*

mille, in praemium ſcilicet; Apulejus (1): *Cedo praemium, mille, inquit numi deponentur tibi*. Non abſimilis eſt pactio Veneris Cupidinem quaerentis apud Moſchum:

εἴ τίς αἰ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν Ἔρωτα
(δραπετίδας ἐμός ἐστιν) ὁ μανυτὰς γέρας ἑξεῖ·

Quid tamen ſibi vult veſtis illa diſcoloria Aſcylti? Ea quidem utebantur, qui quicquam publica authoritate patraturi erant ex conſtitutione Codicis (2) Theodoſiani. Aſcyltos habebat quoque in lance argentea *indicium*, *& fidem*; indicium praeferebat Aſcyltos, pecuniam ſcilicet, quam daturus erat ei, qui ſibi erronem puerum indicaret; Ulpianus (3): *Si tibi indicium dedero, ut fugitivum meum indices, vel furem rerum mearum, non poterit repeti quod datum eſt*.

O 2 CAP.

(1) *Metamorph. lib.2.* (2) *Tit. de habitu, quo intra Urbem uti oporteat.* (3) *L.4. §.ult. D. de cond. ob turpem cauſſam.*

CAP. II.

In Adulteros animadversio olim non infrequens.

PLautus (1) hunc versiculum exponit:

Facio, quod manifesti Moechi non solent
Refero vasa salva.

Quodnam vasorum genus istuc? Ad hoc advertisse fas sit, saepius Moechis virilia amputari contigisse, quum forte a viris in venereo furto deprehenderentur, & praesertim si libertam quis violasset, quod Romanis fuit familiare, Bibienus (2) enim Carbonem in adulterio deprehensum acriter castrasse fertur; vasa tamen pro virilibus aliquando usurpari author est

(1) *In Poenulo.* (2) *Val. Max. lib. 6. cap. 1*

eſt Lampridius [1]: *Romae*, ait, *nil aliud egit, niſi ut emiſſarios haberet, qui ei bene vaſatos perquirerent*; lavacrum ſiquidem confecerat Heliogabalus, ut inibi inguinum pondus, faſcinique laciniam ſeſe lavantium cognoſceret; in Phallicis quoque ſcriptum invenio:

Hic legimus Circen, Atlantiadenque Calypſo
Grandia Dulichii vaſa tuliſſe viri.

Vaſculum quoque inde eſt derivatum pro tenui verpula: In re obſcoena non deeſt Petronius [2]: *Mox manum demiſit in ſinum, & protracto Vaſculo tam rudi, hoc, inquit, belle cras in promulſide libidinis noſtrae militabit, hodie enim poſt aſellum diaria non ſumo.*

CAP.

(1) *In Heliogabalo.* (2) *Satyric. cap.24.*

CAP. III.

Lictorum munus, quotve ex his quemlibet ex Magistratu praeire soliti?

SCiscitabatur aliquando vir non perfunctorie eruditus, & literas veteres bene doctus, quid sibi vellet Horatianum [1] illud:

.... *neque Consularis*
Summovet Lictor miseros tumultus.
Mentis ....

Quonam sensu lictorem summovere dixerit Poeta: cui ego translatum id esse respondi a lictorum munere, qui olim, & hodie ante Magistratus incedunt cum honoris gratia, tum ad turbam Populi summovendam; Seneca [2]: *Ma-*

(1) *Lib.2. Ode 16.* (2) *Lib.5. controversiarum.*

Majestatem laesam dixissem, si exeunti tibi lictor a conspectu non summovisset meretricem; Poeta vero indicat homines honoribus non fieri beatiores; nam utut lictor turbam summoveat, animi tamen perturbationes, mentisque tumultus arcere non potest. Sed quoniam in lictores incidimus, libeat de his nonnulla meminisse; Romulus [1] primum Urbe potitus praeter sellam curulem, trabeamque, quibus se augustiorem reddiderat, duodecim quoque lictores, qui fasces, securesque tamquam majestatis insignia anteferrent, protulit. Sed non lictores modo Regem praeire, sed & apparitores consuevere. Hi enim Regales Ministri [2] lateri adstabant, ut si quando opus foret, ad imperium, nutumque praesto semper forent.

(1) *Liv. Dec.1. lib.1.* (2) *Cic. act.5. in Verrem.*

rent. Fuere quoque viatores, qui si quando Senatus, aut Comitia essent cogenda, ex Agris Senatores evocabant. Ea enim tempestate (1) Proceres civitatis in agris morabantur, & cum publicum consilium fieri opus esset, a villis in Senatum acciebantur a viatoribus. Lictoris proprietatem a ligando dictam vetustas censuit, hi enim antiquitus carnificum officio fungebantur; nam Romae primitus carnifices nulli, ideo lictor haec munia obibat; Livius (2) ait: *Missi lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis caedunt, securique feriunt*; & Cicero (3): *I Lictor, colliga manus, infelici arbori suspendito*: Lictorum munera tria praecipua; *Submotio*, *Animadversio*, *Praeitio*. Submovere proprium lictorum, idque fiebat cum

(1) *Colum. de re rust. in praefat. lib. 1.*
(2) *Decad. 1. lib. 2.* (3) *Pro Rabir. Posth.*

cum ſtrepitu, & imperio, puta manu, virga, voce; Livius (1): *Repente*, inquit, *ſtrepitus ante curiam lictorum auditur, & ipſe infenſus aderat*. Sequitur animadverſio, quod munus & lictorum peculiare, cum enim Dictatorem, Conſulem, aut Praetorem anteibant, freti Magiſtratuum authoritate, obvium quemque loco cedere, denudare caput, equo deſilire jubebant, quod Conſuli in patrem ipſum licuiſſe teſtis eſt Livius (2); Seneca (3): *Si conſulem*, ait, *videro, aut Praetorem omnia, quibus honor haberi ſolet, faciam, equo deſiliam, caput aperiam, ſemita cedam*. Tertium Praeitio, ibant ergo lictores ante Magiſtratum ſinguli in lineam, quorum qui proxime antecedebat Magiſtratum, *Proximus*, qui & *Summus*;

P qui

(1) *Lib.8.* (2) *Decad.3. lib.4.*
(3) *Epiſt.65.*

qui anteibat reliquos, *Primus* vocabatur, ubi fuit observatio cauta, ut nequis Consulem inter, & Lictorem intercederet, quod tamen Consulis filio, lege Romuli [1] indultum est. Insignia quoque lictores praetulerunt, quae fuere fasces, secures, virgae. Fasces erant bacilli ex betula [2] arbore simul colligati. Alterum insigne virgae duplici usui destinatae & ad submovendum, & ad januam tangendam, nam quotiens Magistratus alicujus domum adibat, lictor praecedens virga fores pulsabat; Plinius [3]: *Gn. Pompejus, confecto Mithridatico bello, intraturus Possidonii sapientiae professione clari domum, fores percuti de more a lictore vetuit, & fasces lictorios januae submisit is, cui se Oriens, Occidensque submiserat*. Tertium secures,

(1) *Dionys. Halicarn. lib. 2.* (2) *Plinius lib. 16. cap. 18.* (3) *Lib. 7. cap. 30.*

res, hae abjectae post Reges exactos; Haec tamen insignia iis praeferebantur Magistratibus, a quibus ad tribunal majus nulla erat provocatio, ut Dictatori, & Decemviris. Minime tamen praetereundum censeo exemplar Campanae superbiae apud Petronium, ubi gloriosus ille Trimalchio, quod Sexvir augustalis esset (qui ordo ex Magistratibus municipalibus fuit), non nisi fasces sibi poni jussit, & quidem securibus junctos, cum Sexviro (1) ne fasces quidem, sed nudas virgas, aut bacillos gestare jus esset; ideo Adolescens, qui adstabat, hoc spectaculum tamquam insolens, & abs re mirabatur; Ascylti (2) verba haec sunt: *Et quod praecipue miratus sum in postibus triclinii fasces erant cum securibus fixi, quorum imam partem,*

(1) *Cic. in Rullum.* (2) *Satyric. cap.30.*

quasi Embolum navis aeneum finiebat, in qua erat scriptum : G. Pompejo. Trimalchioni. VI. Viro. Augustali. Numerus cuique Magistratui praeferri solitus hic fuit: Dictatori (1) pro summo ejus imperio, & majestate quatuor, & viginti lictores cum fascibus, & securibus dabantur, Viatores quoque, & Apparitores. Consulibus vero singulis duodecim in urbe lictores, cum fascibus tantum, nam foris, aut in decreta Provincia fasces cum securibus, Viatores, Apparitoresque concedebantur. Praetori vero in urbe sex apparebant, & si foras cum securibus incessisse Praetorem quoque compertum sit, sicut Paulum AEmylium (2), qui duodecim secures in Provincia praetulit. Tribunis, & AEdilibus (3) Viatores tantum permittebantur,

(1) *Appian. lib.* 1. *de bello civili.* (2) *Plutarch. in ejus vita.* (3) *A Gell. lib.* 13. *cap.* 12.

tur, ſicut Veſtalibus unus lictor ex ſtatuto Triumvirorum, ut Dio [1] proditum reliquit.

(1) *Lib.* 56.

Cap. IV.

Quaenam poena in Maſtupratores ſit conſtituta?

ELegantiſſimi ſunt verſus illi, quos Cynaedus ille pantomimus apud Petronium [1] recitat; Hi ſane ſunt:

Huc huc convenite, nunc Spatalocynaedi
Pede tendite, curſum addite, convolate planta
Femore facili, clune agili, manu procaces.

In-

(1) *Satyric. cap.* 33.

Indubie *manu procaces* intelligit viros perditae prorſus luxuriae, quos λεσβιάζοντας, & Maſtupratores vocant, de quibus paſſim Catullus, Martialis, & quiſquis is eſt Priapejorum Author. Belle Martialis (1) ludit in Ponticum Maſtupratorem, exemplo Horatii, qui tres natos una vice progenuit, & Martis, qui duos, ubi in calce concludit:

Ipſam crede tibi naturam dicere rerum
Iſtud quod digitis, Pontice, perdis homo eſt.

Apoſtolus (2) hos molles vocat, ubi molles Syrus Paraphraſtes, interprete Emmanuele Tremellio, vertit Corruptores ſuiipſorum. Hoc flagitium teterrimum, & nefandiſſimum eſt, teſte vel ipſo Priapo (3):

Na-

(1) *Lib.9. Epigr.41.* (2) 1.*Ad Corinth.*
(3) *In Priapejis.*

Najadas antiqui, Dryadasque habuere Priapi,
Et quo tenta Dei vena subiret, erat.
Nunc adeo nihil est, adeo mea plena libido,
Ut Nymphas omnes interiisse putem.
Turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpar
Falce manu posita, fiet amica manus:

Jurisconsulti poenam huic sceleri minime siluere. Aretinus [1] siquidem arbitratur, eum, qui manu scelesta fallit, capite plectendum, cui adstipulatur M. Antonius Delrius; [2] At Johannes Jerson ait, leges publicam poenam ignis infligere. Mitiorem tamen contra hos latam legem invenio, quam refert

(1) *Tract. de Malef. cap. de adulteriis, num. 53.*
(2) *In Miscell. ad L. cum vir, C. ad l. Jul. de adult.*

fert Jodoc. Damhouderius V.C. Caroli V. Caesaris invictissimi a Consiliis: *Primam*, inquit, *speciem Sodomiticā committunt quicumque secum venerea secreto exercent. Hos itaque Mastupratores damnant propter faedam enormitatem aut exilio, aut alia poena extraordinaria. Haec Damhouderius*. Labis tamen hujus originem Lesbios invexisse traditum est, qui prae omnibus turpissima Venere inquinari dicti sunt; Neque apud eos intactum quicquam, aut incontaminatum erat, adeout ne caput quidem a Venere arcerent. Apud Aristophanis (1) interpretem haec verba leguntur: Μέλλουσαν ἤδη λεσβιεῖν τοὺς ξυμπύτας; quod Heraclides (2) jam pridem docuerat.

Cap.

(1) *In Vespis*. (2) *In Troilo*.

CAP. V.

Vinum doliare. Diffusum. Vinalia. Amphorae titulis, notisque signatae.

VInum, quod Ulpianus (1) censet doliare dictum ex eo, quia in dolio conditum, ad vini pendentis discrimen, uvas scilicet: quas vinum quoque vocitari Plautus (2) author est:

Tum vinum priusquam coactum est, pendet putridum.

Proculus (3) contra ait dici ad vini diffusi discerniculum his verbis: *Etsi dolia in vasis vinariis non sunt: Tamen non concederem Trebatio, quod*

Q *in*

(1) *L. 1. §. doliare, D. de peric. & commodo rei venditae.* (2) *Trinummo Sc. minus quindecim dies.* (3) *L. vinum, §. ego, D. de tritico, vino, & oleo legato.*

in doliis esset, id est, quod in vasis non esset, legatum, illud verum esse puto, cui vinum legatum cum vasis erit, ei amphoras, & cados, in quibus vina diffusa servamus, legatos esse. Itaque doliare vinum novum est; Plutarchus: τὸν δὲ ἀνδοσμίαν ἀποσάμενοι τουτονὶ, καὶ ὑμεριδην, αγριώτερον πίνομεν ἐκ πιθου κωνώπων χορῷ πριαδόμενον; id est, *veteri, & miti vino rejecto, durum, & immite de dolio bibimus culicum turba perstrepens.* Vinum tamen diffusum est, quod in amphoras, & cados apothecarum ad asservandum fusum est; Plinius (1): *Apothecas fuisse, & diffundi solita vina anno DC. XXXIII. urbis apparet, indubitato Opimiani vini argumento.* Juvenal (2):

Ipse capillato diffusum Consule potat.

Ideo

(1) *Lib.* 14. *cap.* 14. (2) *Satyr.* 5.

Ideo doliare minoris erat pretii. At dum in vindemialibus versamur, vinalia quoque apponere non pigebit; Quae duplicia fuere, altera gustationi vinorũ destinata [1] duodecimo Kalendas martias cum vina ad claritatem devenerunt, quo die Jovi novum vinum libare moris erat. Altera quibus Flamen dialis, maturis jam uvis, vindemiam auspicando, vini legendi, vindemiamque celebrandi diem dicebat; Fuitque aeterna observatio, ut vetus vinum numquam gustaretur, nisi Flamen Martialis potestatem faceret pro veteri vino libando medicaminis caussa, hoc edicto [2]: NOVUM VETUS VINUM BIBO. NOVO VETERI VINO MORBO MEDEOR. Fuere insuper amphoris, cadisque, quibus vinum includebatur, signaturae quaedam, & tituli [3], qui

(1) *Plin. lib.* 18. *cap.* 29. (2) *Festus Pomp. lib.* 10. (3) *Brodaeus miscell. lib.* 1. *cap.* 3.

vini aetatem, puta quibus Confs. collectum foret, cujusve notae esset, indicabant; Juvenalis (1):

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cujus Patriam, titulumque senectus
Delevit, multa veteris fuligine testae.

Quamobrem cum Opimii Consulatu vini optimi copia provenerit, omne vinum hujus Consulis cognomento ornabatur; Petronius (2): *Statim allatae sunt amphorae vitreae diligenter gypsatae cum hoc titulo* : FALERNUM. OPIMIANUM. ANNORUM. CENTUM; Plinius (3): *Anno*, inquit, *fuit omnium generum bonitas L. Opimio Cos. cum C. Gracchus Trib. plebem seditionibus agitans interemtus, ea caeli temperies,*

(1) *Satyr.* 3. (2) *Satyric. cap.* 34.
(3) *Lib.* 14. *cap.* 4.

peries fulsit, quam cocturam vocant, solis opere, natali urbis DC.XXXIII. durantque adhuc vina ducentis fere annis, jam in speciem redacta mellis asperi, &c.

CAP. VI.

Census lustralis. Dies lustricus.

IN aureis illis Ulpiani fragmentis, vetustatis monumenta selectiora reservantur: Quaedam ex iis carpemus hodie: *Censu*, inquit Ulpianus [1], *manumittebantur olim, qui lustrali censu Romae, jussu Dominorum inter cives Romanos censum profitebantur*. Recte ait *lustrali censu*, hic enim non idem census ac Equester, & Senatorius, & is, qui in Provinciis agebatur. Cens. etenim singulis peractis

(1) *Tit. 1. de libertis.*

actis quinquenniis urbem Sue [1], Ove, & Tauro, aut Verre Tauro, & Ariete lustrabant, qui circumducebantur per civitatem, haec & festa *Solitaurilia* vocabantur: In quibus etiam observatum fuit, ut mense [2] Februario, quo urbs lustrabatur, Februo, qui lustrationis Deus habebatur, in primis sacra faceret: Mox censor in magna ordinum frequentia Deos imperii Praesides solennibus, conceptisque precibus invocaret, ut Res Romanorum, Urbem, Templa, Fines, & reliqua omnia servarent: ubi animadvertendum, tunc quem censum esse dici, cum multam pecuniam, & ultra centum millia nummum in possessione haberet; Atheniensibus vero maximus Census [3] fuit quingentorum modiorum. At quamobrem li-

(1) *Ascon.Paed.1. in Verr.* (2) *Ovid. lib.2. fastor.& Censorin.de die natal. cap.18.*
(3) *Plutarch. in Aristide.*

liberi post nonum diem, quam nati sunt parentibus adjiciunt decimam? Equidem existimandum, quod ut Romani cives, jam nomine donati sint. Nam olim maribus nono [1] die postquam in lucem editi fuerant, faeminis vero octavo, nonnumquā septimo nomen imponebant, qui *dies lustricus* nuncupabatur. Quod Aristotelis [2] authoritate factitatū est, qui infantes ante septimum diem pluribus casibus, infortuniisque obnoxios esse prodidit.

CAP.

(1) *Macrob. lib.7. Saturnal. cap.16.*
(2) *Lib.7. de natura animal.*

CAP. VII.

Solvere Zonam. Zona, & Palla apud Ulpianum.

Zona est inter muliebria vestimenta, ut ait Jurisconsultus (1), quae puellarum ventrem amiciebant. Martialis (2):

Larga satis nunc sum, dulci sed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi Zona brevis.

Zonam solvere est aliud Graecis, aliud Latinis. Apud illos Zona solvebatur faemellis, quae primum enitebantur; apud hos, iis, quae primum viro nubebant; Apollonius Rhod (3):

.... ὦ ἔπι μοῦνῳ
μίτριν πρῶτον ἔλυσα, καὶ ὕστατον.

Ubi

(1) *L. vestis, §. muliebria, D. de aur. & arg. legato.*
(2) *Lemm. 149. Zona.* (3) *Lib. 1.*

Ubi Scholiaſtes ſcribit Primiparas mulieres depoſuiſſe Zonas ob partum ſolutas ad Dianae templum; Conflatum lana ovilla erat id cingulum, quo praecingebantur puellae, ideoque in plures glomos erat involutum, ut ſicuti lana illa ope glomi conjuncta manet, ſic conjux alteri conjugi conjunctus, vinctuſque eſſet nodo Herculano vincto, & vir ſolveret boni omnis gratia, ut felix eſſet, in liberis procreandis ut Hercules, qui LXX. filios procreavit. Zona fuit quoque Mercatoribus familiaris ad pecuniam referendam; Plautus (2):

Ut & tunicam, atque zonam,
Et chlamydem affert, & cauſiam;
Quaſi ſit peregrinus, ubi eſt quod
tu das?
Solve zonas ......

R Et

(1) *Mercatore*:

Et hujus quoque mentio eſt apud Ulpianum (1). Palla, & ſtola matronarum fuere veſtimenta, ita matrumfam. uſui parata, ut eas adhibere viri non ſine reprehenſione poſſent. Hinc Senatus Romanus (2) pallam pictam cum amiculo purpureo dono miſit Reginae Cleopatrae. Stola fuit talare veſtimentum, cujus extremam partem ambibat inſtita, quae erat limbus quidam. Palla quoque Citharaedos uſos (3) legimus:

Poſt hunc perſonae, pallaeque repertor honeſtae
AEſchylus . . . .

CAP.

(1) *L.6. D. de bon. damnat.* (2) *Liv.3. dec. lib.3.* (3) *Hor. in arte.*

Cap. VIII.

An partus decimo, undecimove mense editus haeres esse possit?

MArc. Terent. Varronis Satyra est, quae inscribitur *Testamentum*, ubi haec verba leguntur: *Si quis mihi filius unus, pluresve in decem mensibus gignuntur, ii, si erunt* ὄνοι λυρᾶς; *exhaeredes sunto; Quod si quis undecimo mense* κατ' Ἀριστοτέλην *natus est, Accio idem quod Titio jus esto apud me*; In verbis hisce plura sunt animadvertenda, & primum per Saturam monuerim ὄνους λυρᾶς esse indociles bonarum artium, atque ob imperitiam intractabiles; illud, *idem Accio, quod Titio*, videtur indicare pari Jure esse in successione tum natos decimo, tum mense undecimo. Sed rem ipsam e vestigio prosequamur. Mens

M.Varronis ea fuiſſe videtur, ut putaret partum non tantum decimo, ſed & undecimo menſe edi potuiſſe: Decimo poſſe edi teſtis eſt Plautus (1):

.... Tum illa, quam compreſſerat
Decumo poſt menſe hic peperit filiam.

Et ſane hodie verum puerperii tempus novem menſium non eſt, ſed decem affectorum menſium, non confectorum, quod Decemviri non ignorarunt: ea ſunt verba XII. Tabb. *Ut ſi qua mulier poſt viri mortem, in decem menſibus proximis pareret, qui quaeve ex ea naſceretur, ſuus, ſuave in viri familia heres eſſet;* Et inde legibus (2) cautum invenimus, ut mulieres virorum mortem decem menſibus lugerent. Eadem ſententia eſt

(1) *In Ciſtellaria.* (2) *L. 2. C. de ſecund. nuptiis.*

est in lege *Gallus* (1), ubi sic legitur: *Si quis mihi nepos post mortem meam in decem mensibus proximis natus erit* ...... In undecimo tamen mense aliquem esse natum, infandum non est, siquidem Gellius (2) narrat se Romæ novisse foeminam bonis, atque honestis moribus, non ambigua pudicitia, quae undecimo mense, post mariti mortem peperit. Quod & D. Adrianus sanxit, posse scilicet mulierem undecimo mense parere, quod ipse, caussa cognita, jussisse refert, requisitis librorum Philosophicorum, Medicorumque monumentis. Annum quoque puerperio fore tempus nonnulli arbitrati sunt, ut Homerus, apud quem Neptunus Nympham (3) a se recens compressam sic alloquitur:

χαῖ-

(1) *D. de liberis, & posth.* (2) *Lib. 3. noct. Atticar. cap. 16.* (3) *In Odyss.*

χαῖρε νῦμ φιλότητι· περιπλομένε δ' ἐνιαυτῦ
τέξεις ἀγλαὰ τέκνα, ἐπεὶ ὐκ ἀποφώλιοι ουναὶ
Ἀτανάτων . . . .

Qui versus sic latine sonant:

Nunc gaude dilecta, at cum se
evoluerit annus
Illustres (neque enim divina cubi-
lia vana)
Natos nixa dabis . . . . .

At, ni fallor, annum Homerus intelligit non XII. sed X. mensium, qualem praesertim AEoles numerabant; AEolem tamen Homerum fuisse, nemo inficias iverit, qui illum smyrneum, aut cumeum fuisse contendet, quot etiam mensibus annum instituit Romulus (1).

CAP.

(1) *Macrob. lib. I. Saturn. cap. 12.*

CAP. IX.

Panis Gradilis. Locus de Toga apud Paulum.

IN Theodosiano Codice (1) *Panis Gradilis* mentionem habemus, in quo explicando plerique dissentiunt; Sunt qui putant hunc panem esse, qui in Gradili templo Genii publice viritim dividebatur; Marcellinus (2): *Namque Kalendis ipsis Januariis, ascendente eo Gradile templum ejus...* Sed futilem suspicor hanc interpretationem. Qui rectius sentiunt, Gradilem Panem fuisse inquiunt (3), qui in Gradibus distribuebatur.

Omnis, qui celsa scandit coenacula vulgus

Qui-

(1) *Lib.4. tit.17. de Annonis civicis, & Pane Gradili.* (2) *Lib.13.* (3) *Prudent. lib.1. contr. Symmach.*

Quique terit Silicem variis discursibus atram,
Et quem Panis alit gradibus dispensus ab altis.

Ubi vides in tres notas descriptam plebeculam, quod in alto habitaret, quod pedibus incederet, non autem lectica, quod publico pane Gradili aleretur; idem:

Quae Regio gradibus vacuis jejunia dira
Sustinet......

Erecti fuere gradus ad hanc divisionem, nam in altiori loco, atque edito, esse opus fuit distributores, ut semoti essent ab ingruente turba. Sed aliquantulum apud Paulum (1) moremur, ait is: *Filiusfam. togam emit: mortuo deinde eo pater ignorans & putans suam esse, dedicavit eam in funus ejus;*

(1) *L. 14. D. de in rem verso.*

ejus; de ritu Italorum haec dicit Jurisconsultus, quibus mortuis in usu toga, & nonnisi candida; Apulejus [1]: *Togam ait quoque parari & voto, & funeri*; Juvenal:

Pars magna Italiae, si verum admittimus, in qua
Nemo togam sumit, nisi mortuus.

(1) *Lib.* 1. *Floridor.*

CAP. X.

Quid Hama, quid Sipho ad incendia extinguenda apud Paulum?

APud Paulum [1] ita legitur: *Sciendum est autem Praefectum vigilum per noctem totam vigilare debere, & observare calceatum cum Hamis, & Dolabris, ut curam adhibeat,* S *om-*

(1) *L. nam salutem, §. sciendum, D. de off. Praef. Vigilum.*

omnes inquilinos admonere, ne per negligentiam aliquam incendii casus oriatur. *Hamae* sunt, non *Hami*, ut quidam falso putant, quas vasa aquaria esse formae rotundioris arbitror, ad ignem extinguendum idonea; Plinius (1) ita scribit: *Cum diversam partem Provinciae circumirem, Nicodemiae vastissimum incendium multas privatorum domos, & duo publica opera, quamquam via interjacente, Gerusiam, & Isson absumsit. Est autem latius sparsum primo violentia venti, deinde inertia hominum; & alioqui nullus in publico usquam Sipho, nulla Hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda*. Cato (2) quoque Hamas habet inter vasa, ubi monens quemadmodum utensilia ad rem rusticam,

(1) *Lib.* 10. *epist.* 14. (2) *De re rust. cap.* 135.

ſticam, & ubi ſunt emenda: *Hamae*, inquit, *urnae oleariae, urcei aquarii, urnae vinariae, alia vaſa abena Capuae, Nolae Fiſcinae campanicae, bae Hamae utiles ſunt.* Et [1] Juriſconſultus: *Siphones, Perticae, Spongiae, & Hamae.* Siphones quoque ad aquam altius attollendam pro incendiis paratos invenio, ut ex praefatis Plinii verbis, qui, Siphones in ipſa aedium faſtigia aquam ejaculare tradit; Author Heſychius: *σίφων ὄργανόν τὶ εἰς πρόεσιν ὑδάτων ἐν τοῖς ἐμπρησμοῖς.* Jus autem contra incendiarios ad Praefectum Vigilum deferebatur; Paulus [2]: *Cognoſcit Praefectus Vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus.....* At cum plura Romae incendia quotidie exorirentur, Auguſtus Octavius [3] ſeptem cohortes inſtituit, ut unaquae-

(1) *In l.quaeſitum, §.acetum, D.de fund.inſtr. vel inſtr.legat.* (2) *L.3. §.cognoſcit, D.offic.Praef. Vigil.* (3) *Suet. in ejus vita, cap.30.*

que duas urbis Regiones tueretur; quae omnes ex libertinis conflabantur, quorum qui ſex annos Romae inter Vigiles militiam exercuerat, jus Quiritium comparabat ex lege[1] Viſellia. Illud non omiſerim, quod ait Juriſconſultus: *Debere* ſcilicet *Vigilum Praefectum errare cum Dolabris*; has exiſtimen uſui fuiſſe ad diruendas aedes, ut ruina aliquarum incendium reprimeretur. Sic feſtive Catilina apud Salluſtium [2] minitatur ſe *incendium ſua ruina extinctu-rum*, ad hanc forte conſuetudinem reſpiciens hominum, qui dolabris demoliendo muros, aedificiaque ita ſiſtunt incendium, ne longius evagetur.

NO-


(1) *Strabo lib. 5.* (2) *In Bello Catilinario.*

NOCTIUM ATELLANARUM.

LIBER V.

CAP. I.

Lex Barbarius de officio Praetoris ab origine indicata.



Arbarius Philippus, ex Ulpiano, *cum servus fugitivus esset, Romae Praetor designatus est, sed nihil ei servitutem obstitisse ait Pomponius, quasi Praetor non fuerit, atqui vera etiam Praetura eum functum*. Haec Ulpianus; At si rem paulo impensius perpendas, Philippus iste fuit ex sodalibus, & compotoribus Antonii Triumviri. Suidas rem omnem exponit, his verbis:

bis: Βάρβαρος Φίλιππος οὗτος ἐπὶ τῶν τριῶν τυράννων ἦρχε. θεράψ δὲ ἦν τὸν τρόπον, καὶ πολακικὸς, καὶ μέντοι, καὶ τῷ περὶ Αντώνιον θίασῳ κατειλεκτο, καὶ τὴν στρατηγικὴν ἀρχὴν ἦρχε τὴν ἐκείνου χάριν. τοῦτον τε οὖν τῆς τότε σοβαρὸν, καὶ πορφυροῦν τῇ τιμῇ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, τῇ ῥωμαίων ὑψηλὸν διάγοντα, καὶ δικάζοντα ὁ δεσπότης ανεγνώρισεν ἐλθὼν πρότερον μὲν ἀποδράντα, ἐν ἐκείνῳ δε οὖν καιρῷ πομπεύοντά. ἁδρὸν, καὶ κυδραύμενον, καὶ σὺν τῇ ἀρχῇ θρυπτόμενον; καὶ προσελθὼν ἠτυχῆ κατόπιν θοιματίου λαβόμενος, καῖρε εἶπε, τὸ ὄνομα προσθεὶς τὸ ἀρχαῖον, τε καὶ δοῦλον. καὶ ἐκεῖνος ἐκπλήττεται ῥαδίως τὸν δεσπότην γνωρίσας, καὶ δεῖται σιωπᾶν. καὶ εἰς τὰ οἰκεῖα ἄγει, καὶ καταβαλὼν πάμπλειστα, εἶτα μὲν τοὶ ἑαυτὸν ἐλυσατο, καὶ αἰδοῖ Αντωνίου τῇ κηλῖδι τῇδε σιγὴ κατεχύθη ἀργυρώνυτος. ἔκρινα δὴ, καὶ ταύτην τῆς τύχης μὴ σιγῆσαι τὴν παιδίαν. Cum igitur Philippus fugitivus magna amplitudine in foro Romano jus diceret, tradunt fuiſſe a ſuo Hero cognitum, & tanquam fugitivum togae lacinia prehenſum,

in-

injectamque in eum Domini manum ad mancipium vindicandum; At Philippus Dominum precibus obtestatus, silentium impetravit, deinde domo receptus ingenti auri copia, libertatem ab Hero deprecatus est. Itaque procurato silentio res omnis, periculumque conquievit.

Cap. II.

Deprecator pro crimine servi. Munuscula quibus a Clientibus Advocati in Natalitius donabantur apud Petronium.

ETsi castimoniam, rectosque mores nonnumquam cotidiana sermonis obscaenitate inficiat lectio Petroniana, tamen adeo munditiis, & priscorum rituum mentione scatet ejus satyricon, ut unumquemque etiam

etiam bene moratum ad legendum alliciat. Placet hodie, quaedam ex illo a jure noſtro non abhorrentia decerpere; Ait ipſe (1): *Ceterum ut movimus dextros pedes, ſervus nobis diſpoliatus procubuit ante pedes, & rogare cepit, ut ſe poenae eriperemus, nec magnum eſſe peccatum ſuum, propter quod periclitaretur: ſubducta ſibi veſtimenta diſpenſatoris in balneo, quae vix fuiſſent X. H·S. Retulimus ergo dextros pedes, diſpenſatoremque in Praetorio aureos numerantem deprecati ſumus, ſervo remitteret poenam; Superbus ille ſuſtulit vultum, & non tam jactura me movet, quam neglegentia nequiſſimi ſervi: veſtimenta accubitoria perdidit, quae mihi natali meo donaverat Cliens quidam, tyria ſine dubio, ſed tan-*

(1) *Satyric. cap.* 30.

tantum semel lota ; Quicquid ergo est , dono vobis . Eloquium sane antiquitate dignum ! Ait : *Rogare cepit , ut se poenae eriperemus .* Inter modos, quibus Domini(1) servis remittebant,is quoque fuit , ut amici intercederent ; Terentius :

Nec tu aram tibi , nec precatorem pararis .

Tertullianus(2):*Deprecatores Dei esse ceperunt .* Prosequitur servus : *Subducta esse sibi vestimenta Dispensatoris in balneo*;at quanam balnei parte lavaturi sese, deponebant vestem ? Procul. dubio in Apodyterio,ubi servus capsarius vestimenta servabat. Pudenda velabant ab Apodyterio in calidarium (3) euntes; Augustinus:*Omnes gẽtes adeo tenent in usu pudenda velare, ut quidam illas corporis partes , ne in bal-*

T neis

(1) *L.Bovem,§.9.D.de adilit.edicto.* (2) *In Apologet. cap.40.* (3) *Savaro ad Sidon. lib.2. epist.2.*

neis nudas habent. Subducta vestimenta dolet servus, quia frequentissimi erant fures in balneis; Plautus [1]:

Qui it lavatum in balneas, ibi
Cum sedulo sua vestimenta servat,
Tamen surripiuntur . . . . . .

In hujusmodi fures extat Diogenis dictum [2]: ἐπ' ἀλειμμάτιον, ἢ ἐπ' ἀλλ' ἱμάτιον. Dolet insuper *vestimenta surrepta esse Dispensatoris*; hujus munus fuit aera [3] dispensare, impendiaque, & expensas rationibus notare, & referre; Vetus inscriptio: GN. CORNELIO. CAPITOLINO. NEPOTI. DULCISS. AUG. N. DISP. VIX. ANNOS VI. M. VI. D. VI. Item in Pandectis [4]: *Stichus probante Domino nomina fecit*. Postremo dolet Dispensator perdidisse *vestimenta accubitoria, quae sibi natali die donaverat Cliens, Tyria......* Primum

(1) *Rudente.* (2) *Laertius in ejus vita.*
(3) *L. item apud §. Praetor ait, D. de injur.*
(4) *L. Thais, §. 17. D. de fideicomm.*

mum advertere liceat Veteres habuiſſe veſtes domeſticas, & forenſes, inter domeſticas erat [1] coenatoria; Petronius [2] alibi: *Coenatoria repetimus; & in proximam cellam ducti ſumus, in qua tres lecti ſtrati erant*; Martialis [3]:

Nec fora ſunt nobis, nec ſunt vadimonia nota,
Hoc opus eſt, pictis accubuiſſe thoris.

Deinde querelam de jactura proſequamur. Vetus hic mos dona die natali miſſitare; Perſius [4]:

Et natalitia tandem cum Sardonyche albus.

Cenſorinus libellum ſuum de die natali devovens Cerelio: *Quodcumque*, inquit, *hoc libri eſt meis opibus comparatum, natalitii titulo tibi miſi.*

(1) *Bayſius de re veſtiaria.* (2) *Satyric. cap. 21.*
(3) *Lemm. 133. coenatoria.* (4) *Satyr. 1.*

Prae omnibus tamen Advocati natalitiis diebus caenatoriam veftem quotannis dono accipiebant, ex difciplina, & inftituto munificentiae Romanae; Martialis (1):

At morum reus, ebriaeque noctis
Coenatoria mittat Advocato.

Infigne quoque rei hujus teftimonium extat apud Plinium juniorem (2), ubi agitur de Julio Baffo, qui Bithyniam Provinciam fortitus, repetundarum reus redierat, verba autem illius haec funt: *Multis enim, atque etiam Principi dixerat fola fe munufcula dumtaxat natali fuo, aut Saturnalibus accepiffe, & plerifque mififfe.*

CAP.

(1) *Lib.* 10. *epigr.* 87. (2) *Lib.* 4. *epift.*

CAP. III.

Pergula apud Ulpianum explicatur.

ULpianus (1) pergulam inter officinas, tabernasque reponit his verbis: *Sed tabernulam, pergulam, officinam, horreum, armarium conduxit.* Quodnam pergularum genus intellexerit Jurisconsultus observatione dignum reputo; Tria enim pergularum genera fuisse literis proditum invenio; fuit ergo pergula, sive officinarum appendix, quae ita in publicum protendebatur, ut qui ad hanc pergulam forent, ab omnibus prospicerentur; Plinius (2): *Apelles perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens* vi-

(1) *L.haeres, §.proinde, D.de judiciis.*
(2) *Lib.35. cap.10.*

vitia, quae notarentur, auscultabat, vulgus diligentiorem judicem, quam se praeferens. Pergula videtur quoque fuisse extera pars domorum. Leno apud Plautum minitatur suis meretriculis se eas expositurum in pergulam, ubi est pergula ipsius lenonis, in animo enim habebat leno eas in eo aedium loco, qui omnibus patet, collocare, ut venales exponeret (1):

Te ego ipsam culeo cras faciam
deportare in pergulam.

Crassitius quoque libertinus docuit in pergula; Suetonius (2): *Hic initio circa Scenam versatus est, dum mimographos adjuvat, deinde in pergula docuit, donec commentario Smyrnae edito, adeo inclaruit, ut haec de eo scriberentur*; Tertullianus (3): *Coenacula*

(1) *In Pseudolo Sc. exite hinc.* (2) *Sueton. de illustr. Gramm.* (3) *Advers. Valentinian.*

nacula in aedicularum dispositâ forma, aliis, atque aliis pergulis superstructis. Jurisconsultus (1) quoque alibi de pergula memoriam habet: *Cum Pictor in pergula clypeum, vel tabulam expositam habuisset, si excidisset, & transeunti damni quid dedisset actio...* Hanc igitur Ulpianum intellexisse non est ambiguum; ubi non omiserim pergulam in publico habere sine pensione licuisse (2) Pictoribus tantum; hinc Lucilius apud Lactantium:

Pergula pictorum, veri nihil, omnia falsa.

In opere topiario quoque fuit pergula, eo quod sub ea tecti pergere, & inambulare tuto possumus, de qua frequens mentio apud Columellam (3): *Il-*

(1) *L. si vero, D. de his, qui dejecerunt.*
(2) *L. ult. C. Theod. de exc. Artif.*
(3) *De re rustic. lib. 4. cap. 21. ubi de vinea.*

Illa enim pergulae magis, quam vineae figuram obtinet. Tertium pergularum genus fuit tuguriolum, seu casula, qualis apud Propertium (2):

Horruit algenti pergula curta foco.

Arundineis tectis suffultam demonstrat Ausonius Poeta (3):

Vilis arundineis cohibet quem pergula tectis,
Et tingit piceo lacrymosa Colonica fumo.

CAP.

(2) *Eleg. lib. 4. eleg. 5.* (3) *Epist. 4. ad Theonem.*

CAP. IV.

De Annulorum jure quaedam.

ANnulis olim Veteres uſos, hoſque ad tabulas teſtamentarias (1) ſignandas adhibuiſſe Juriſconſultorum monumenta declarant. Meminiſſe tamen par eſt populum Rom. diu hoc ornamento caruiſſe, & primo(2 Legatis ad exteras gentes profecturis hoc inſigne largitum fuiſſe; Hique domi ferreum, foris aureum geſtarunt, donec gliſcente imperio equeſtri ordini, hisque, quibus pater, avuſque ingenui, & ſeſtertia quingenta cenſus fuiſſent, jus (3) Annulorum concedi, & in ordinem equeſtrem adſciri, Tiberii edicto cautum fuerit; Quod ſi libertus Annulo donabatur, velut ingenuus cenſebatur,

V

(1) *L. Signatorius, D. de verbor. ſignific. l. argento, §. ornamenta, D. de auro, & argent. legat.*
(2) *Plin. lib. 33. cap. 1.* (3) *Hor. lib. 1. epiſt. 1.*

batur, itaut Magiſtratus, honoreſque, quos ingenui, gerere tuto poſſet; eratque ſtatutum, ut libertus Annulo donatus, deleto veteri nomine, equeſtre aſſumeret. Conditio igitur perſonarum Annulo peculiari diſcreta, nam ſervitia ferreum Annulum geſtabant, & is quidem non ad ornatum, ſed ad ſignandum uſui fuit; Statius Papinius [1]:

Mutavitqui genus, laevaeque ignobile ferrum
Exuit, & magno natorum aequavit honore.

Nec ſoli ferreum ſervi geſſerunt, ſiquidem & milites, qui gradu aliquo non praeſtabant; Appianus [2]: χρυσοφορῦσι, inquit, τῶν στρατευομενῶν οἱ χιλίαρχοι, τῶν ἐλαττόνων σιδηροφορύντων. Indulgentiam tamen annulum aureum geſtandi,

(1) *In lacrym. Etruſc.* (2) *In lybico.*

di, ſicut & cetera omnia ſuis militibu elargitus eſt Princeps, praeter nomen mitiſſimus D.Severus, qui, ut Herodianus author eſt, τοῖς στρατιώταις πολλὰ συνεχώρησε ἃ μὴ πρότερον, εἶχον, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε. Plebem vero argenteis uſam eſſe legimus; Iſidorus(1): *Annulum aureum neque ſervus, neque libertinus geſtabat in publico, ſed annulo aureo liberi utebantur, libertini argenteo, ſervi ferreo.* Minime tamen aſſentiendum iis omnibus, quae loquitur Iſidorus, ſiquidem & inter liberos nonniſi Equites, & Senatores annulorum aureorum uſu donabantur. Recte Plinius (2): *Annuli diſtinxere alterum ordinem, ſicut tunica ab annulis Senatum; Caeſares namque laticlavum equeſtri ordini, diſtinctum tamen a Senatorio, velut* bo-

(1) *Lib. origin.* (2) *Eod. cap. 1. lib. 33.*

honoris ornamentum addidere. Haec Plinius. Neque tantum Tabb. ſed & pecuniam ſacculo incluſam annulo ſignabant; Scaevola (1): *Die ſtatuto emtor teſtatus eſt, ſe pecuniam omnem reliquam paratum fuiſſe exſolvere, & ſacculum cum pecunia ſignatorum ſignis obſignavit*. Servi tamen cum ſignandi jus non haberent, merces, vinum, ciſtas, lagenam, penum, aliaque obſonia ſignabant, ne a conſervis raperentur (2). Annulorum uſus hodie apud mulieres adeo obtinuit, ut illae nedum annulis ornatae, quam & onuſtae videantur; vinctis, & compeditis in carcere non invenuſte aequiparat D. Ambroſius (3): *Hinc*, ait, *catena conſtringit, inde pedem compes includit: Nihil refert auro corpus oneretur, an ferro? ſi cervix pre-*

(1) *L. 8. D. de leg. commiſſ.* (2) *D. Goedd. ad l. 74. de verbor. ſignif.* (3) *Lib. 1. de virginib.*

premitur si gravatur incessus ; nil pretium juvat : Nisi quod vos mulieres, ne pereat vobis poena, trepidatis ; quid interest utrum aliena sententia, an vestra vos damnet ? Hinc vos etiam miserabiliores , quam qui jure publico damnantur , quod illi optant exui, vos ligari: Et huic non inconsentaneum est illud D. Basilii Magni (1) : *χρυσὸς δὲ περὶ σφίγτων , καὶ βαρυτίμους τῶν λίθων ὁ μὲν τὶς αὐταῖς προμετωπίδιος γίνεται κόσμος , ὁ δὲ περιαυχένιος , καὶ ἄλλος ἐν ζωναῖς , καὶ ἄλλος τὰς χεῖρας δεσμεῖ, καὶ τὰς πόδας. χαίρουσι γὰρ αἱ Φιλόχρυσοι δεδεμέναι ταῖς χειροπέδαις , μονὸν ἐὰν ὁ δεσμῶν αὐτὰς ᾖ.*

CAP.

(1) *Luculentissima illa orat. ad Divites.*

CAP. V.

Pecunia sine peculio fragilis Apud Celsum.

CElsus [1] haec scribit: *Proculus ait saepe audisse rusticos senes ita dicentes: Pecuniam sine peculio fragilem esse, peculium appellantes, quod praesidii caussa reponeretur.* Hujus rei historiam tradit Ulpianus [2], qui refertob transitum exercitus conferre quid ex fructibus olim Rusticos consuevisse; Itinerarium [3] enim milites iter captaturi ab Imperatore accipiebant, quod si non ex jussu servaretur, noxiis annona & mansiones denegabantur: proinde cum Rustici hanc fructuum portiunculam conferre juberentur, ii aut certam pomorum partem

(1) *L. si Chorus, §. 2. D. de leg. 3.* (2) *L. 27. D. de usufructu.* (3) *D. Ambros. in Ps. 118. serm. 5.*

tem praeſtabant militibus,aut fructus modica pecuniae praeſtatione redimebant; tamen qui rei ſuae providentius conſulebant, numos potius, quam fructus dare conſueverunt, ne copiae irrumpentes exitiale damnum hortis attuliſſent. At ejuſmodi pecuniae praeſtatio, *Peculium*, ad modum peculii ſervilis dicta eſt, ſiquidem, ſi peculium hoc nuſquam deponeretur, omnis eorum pecunia in meſſium, pomorumque venalium emolumento repoſita adeo fragilis futura erat, ut ejus ne veſtigium quidem a turba commilitonum irruente ſupereſſet.

CAP.

Cap. VI.

Quaedam emendata ex XII.Tabb. apud Plinium.

ILli, qui conquirendarum imaginum veterum ſtudio tenentur, non tam in ſimulacro ſolido, quam in calvaria, aliove mutilo ſummorum Artificum fragmento comparando operam, diemque inſumunt. Enitar hodie corrupta ex XII.Tabb. nonnulla reſtituere; Ait is (1): *Frugem quidem aratro quaeſitam furtim noctu paviſſe, ac ſecuiſſe Puberi XII.Tabb. capital erat, ſuſpenſumque Cereri necari, noxiamve, duplionemve decerni*: noviſſima verba mendum continent, quod ita delendum: *Noxae duplionem decerni*. Subdit Plinius: *Prae-*

(1) *Lib.8. cap.3.*

Praetoris arbitratu verberari, ubi Praetor intelligendus est pro Consule, nam Decemvirorum tempestate nondum Praetores creati, sed nomen hujusmodi in Consulibus erat, nam ab urbe condita anno fere trecentesimo nonagesimo, Praetor (1), qui Romae jus diceret, nullus penitus extitit. Consulum enim munus erat, eorumque, qui in summo Magistratus fastigio positi fuerant, de jure controverso responsa dare; sed quia imminentibus praeliis, pronum erat, ut hi bello evocarentur, Praetorem, propriumque Magistratum juri dicundo praeficere Patribus visum est. Prosequitur Plinius: *Suspensumque cereri necari*; Verba haec non satis formulis respondent, quae sunt: *Cereri sacer esto* ..... Proinde legendum fortasse:

X *Sa-*

(1) *Liv. dec. 1. lib. 6. & 7. Pomp. in l. 2. §. cum Consf. D. de orig. juris.*

Sacratumque Cereri; Idem (1) : *Inde illa XII.Tabb.lex:Qui coronam parit ipſe, pecuniamve ejus virtutis ergo arguitur*: legendum cenſeo *arduito*, quod duplicem continet Archaiſmũ, nam *Arduo* pro *Adduo*, ut Arfines, & *Duo* pro *Do* ponitur; Idem (2): *Eſt in aure ima memoriae locus, quem tangentes atteſtantur*. Certe legendum, pro veteri more, *anteſtantur*, in anteſtatione enim Actor auriculam tangebat Anteſtati, ut illi memoriam faceret, hoc verbo: *Memento*; Virgilius (3):

.... Cynthius aurem
Vellit, & admonuit.....

Cap.

(1) *Lib.*21. *cap.*3. (2) *Lib.*11. *cap.*45.
(3) *Eclog.*6.

CAP. VII.

Suppliciorum genera aliquot recensentur.

TOrquendi, cruciandique modos nonnullos jam fere obsoletos liceat hodie reminisci. Fidiculae, quae inter tormenta sunt, dicuntur a Fidium specie in musicis, quoniam sicut in his nervuli, distenduntur, ita & homines ut nervi protrahuntur, funibus hinc, & inde protensis; Suetonius (1): *Quin & subinde jactabat exquisitu-rum sese vel fidiculis de Caesonia sua, cur eam tantopere diligeret.* Equuleus stipes erat, cui velut Equo insidere cogebantur, ibique varie distendebantur; Prudentius (2):

..........jusserat

X 2 *Evi-*

(1) *In Caligul. cap.* 33. *l. nullus, C. ad l. Jul. Majestat.* (2) *Hymn.* 10.

Evifcerandum corpus Equuleo eminus.

Sozomenus [1]: καὶ, inquit, δημοσίᾳ προσαγαγὼν πρὸς τὸ βασανιστήριον ξύλον αἰωρεῖσθαι προσέταττεν, ubi Author ξύλον βασανιστήριον vocat Equulei fupplicium; Tullius [2]: *Neque fi ille fapiens ad tortoris equuleum a Tyranno ire cogatur, fimilem habeat vultum, ac fi ampullam perdidiffet*. Catafta Prudentio itidem eft machina, in qua Reus fupplicium pendebat:

Emitto vocem de Catafta celfior.

Laminae, quarum mentio eft apud Tullium, erant ferreae cruftae, quae candefactae noxiorum membris admovebantur; Prudentius:

Nec fic inufta laminis ardet cutis,
Ut febris atro felle venas exedit.

Grae-

(1) *Lib. 5. cap. 11.* (2) *Lib. 4. de finibus.*

Graecorum supplicium fuit Rota; Juvenal.[1]:

Nec rota, nec saxum, furiae, neque vulturis atri

M.Tullius[2]: *In eo etiam putatur dicere, in rotam (idest genus quoddam tormenti apud Graecos) beatam vitam non ascendere*. Demosthenes[3]: θῶμεν γὰρ δὴ τὸν μιλίαν ἐπὶ τοῦ τροχοῦ στρεβλοῦσθαι. Infelices arbores recenset Macrobius[4]: *Tarquinius Priscus in ostentario arborario, sic ait: Arbores, quae inferum Deorum, avertentiumque in tutela sunt, eas infelices nominant, alaternum sanguine infelicem, ficum atram, quaeque baccam nigram, nigrosque fructus ferunt, itemque acrifolium, pyrum sylvaticum, ruscum, rubum, sentesque, quibus portenta, prodigiaque mala comburi oportet.*

Haec

(1) *Satyr.3.* (2) *Lib.5. Tusculan. disput.*
(3) 3. *In Aphob.* (4) *Lib.3. Saturnal. cap. ult.*

Haec Macrobius. At diversa significatione arbor infelix est lignum, de quo sontes suspenduntur, neque enim arbor ulla hujusmodi ligno est infelicior. Testimonium est apud Tullium (1), ubi: *I Lictor colliga manus caput obnubito, infelici arbori suspendito*; ubi vides ad supplicium ituris prius manus post terga colligari, quemadmodum contigit Horatio, cui perduellionis reo Duumvir (2) dixit: *I Lictor, colliga manus....*

Cap.

(1) *Orat. pro Rabir. Posthum.* (2) *Liv. decad. 1. lib. 1.*

Cap. VIII.

Pagus. Vicus. Opidum. Villa.

NOnnumquam ea, quae in propatulo esse cernimus, non admodum solliciti inquirimus, hinc fit aliquando, ut vulgaria quaeque nos plane fugiant. Pagus itaque constat pluribus vicis, quemadmodum vicus pluribus casis, puta Regio nullo moenium munimine, incolis dispersis, in plano secus flumen, fontem, nemusque, incolae tamen in unum locum consilii ergo conveniunt: Hos aperte Cicero (1) distinguit a montanis: *Nulli*, ait, *pagani, aut montani, qui non amplissime de meo reditu decreverint*. Caesar (2) tamen scribit Suevorum pagos centum fuisse, id est partes. Numa quo-

(1) *Pro domo sua.* (2) *Lib.4. de bell. Gall.*

quoque Pompilius agrum Romanum in pagos diſtribuit, ut ex Dionyſio Halicarnaſſaeo [1] colligimus his verbis: *διεῖλε τὴν χώραν ἅπασαν εἰς τοὺς καλουμένοις πάγους*. His praeerant Magiſtri Pagorum; Tacitus [2]: *Eliguntur*, inquit, *qui jura per pagos, vicoſque reddant*. Vicus duplex eſt, extra urbem, & in urbe; extra urbem conſtat pluribus caſis nulla munitione circumſeptis; Cicero [3]: *Quod ſcribis te vicum vendituram*. Vicus tamen in urbe eſt aedificiorum continuata ſeries; Tullius [4]: *Omnibus vicis ſtatuae factae ſunt*; Horatius [5]:

Deferor in vicum vendentem thus, & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Et Auguſtus [6] ſpatium urbis in Regiones,

(1) *Lib.2.* (2) *De morib. Germanor.*
(3) *Lib.15. epiſtol.1. ad Terentiam.* (4) *Lib.3. officior.* (5) *Lib.2. ep.1.* (6) *Suet. in ejus vita, c.30.*

nes, vicosque divisit, statuitque ut illos annui Magistratus sortito tuerentur. Opidum vere infra urbem est, ut in epistolis Vatinii (1): *Viginti Opida sunt Dalmatiae antiqua, quae ipsi sibi adsciverunt, amplius sexaginta*; interdum pro urbe usurpatur, Athenas namque urbem nobilem, & vetustum Opidum vocat Tullius (2). Villa denique, quae modo communi significatione plures in agro domos significat, olim domus una erat praestantium virorum, ut Luculli, Metelli, Ciceronis villa.

(1) *Lib.5. epist.10.* (2) *Epist.3. lib.6.*

C A P. IX.

Topiarii. Ancones. Lapis Opsianus.

TOpiarios, apud Jurisconsultum (1) eos esse novi, qui inde dicti sunt, quod topiis, id est funiculis, id opus faciunt, ut lentae, plicabilesque arbusculae, buxeive ramuli vincti se teneant, neque continuo resiliant; Tullius (2): *Topiarium*, inquit, *villicum tuum sane probavi*. Religabantur propterea arbusculae, ut eae in animalium, hominum, turriumve speciem redigerentur. Exinde si, fundo legato, ibi & viridarium sit, etiam topiarii legati videntur; verba Jurisconsulti (3) haec sunt: *Quibusdam Regionibus accedunt, si villa cultior est, veluti* atrien-

(1) *L. instrumento, D. de auro, & arg. leg.*
(2) *Lib. 3. epist. ad Quint. Fratrem.* (3) *Ead. l.*

atrienses, *scoparii*, *si etiam viridaria*, *topiarii*. Ancones calices [1] sunt minime rotundi, sed in cubitum deflexi, & angulo donati. Lapis, quem Florentinae, Ulpianus [2], & Arrianus ὀψιανὸν vocant. Isidorus obsium, est lapis obsidianus [3], quem Obsidius primus in AEthiopia invenit, in quo inclusa simulacra, magnatumque sepulcra excisa nedum servantur, sed & respiciuntur, ac si in vitro reponerentur.

Y 2 CAP.

(1) *L. tabernae, eod. tit.* (2) *L. cum aurum, §. gemmae.* (3) *Pancirol. rerum deperditar. tit. 3. & ibi Salmuth.*

C A P. X.

Ausonii in Jurisconsultum Epigramma.

D. Magnus Ausonius Cons. & Poeta ludicrum Epigramma (1) confingit in Jurisperitum, qui uxorem adulteram retinebat, hunc in modum:

Jurisconsulto, cui vivit adultera conjux:
Papia lex placuit, Julia displicuit.
Quaeritis unde haec sit distantia? semivir ipse
Scantiniam metuens non metuit Titiam.

Dignum quidem Consulto Praeconium! Advertendum nunc, quid his legibus cautum fuerit? Lex Papia (2) sic dicta est a Conss. qui eo temporis ur.

(1) *Epigr.* 88. (2) *Dio. lib.* 56.

urbi praeerant, quae & Poppaea dicta est; Fuit de maritandis ordinibus, quae cavit, ut si conjuges filios minime procreassent, ex eo, quod conjux alter alteri legasset, decima pars fisco addiceretur: Hanc autem legem ideo illi arrisisse dicit Poeta, quod ille uxoris adulteria ferens, prolem omnem absuturam sperabat. Julia vero lex Consulto displicuit, quoniam illa maritos uxorum lenones acerrime coercuit; Ulpiani (1) verba sunt: *Lenocinii quidem crimine lege Julia de adulteriis praescriptum est, cum sit in eumdem maritum poena statuta, qui de adulterio uxoris suae quid acceperit, quam etiam Augustus tulit*. Consultus contra extimuit Scantiniam, fortasse quod ipse muliebria patiebatur: Sortita vero est tale nomen Scantinia a Scantinio (2) plebis Tribuno, qui ob ejus-

(1) *L. ex lege, D. ad l. Jul. de adult.* (2) *Tacit. lib. 13.*

ejusmodi crimen primus damnatus est. Valerius Maximus [1]: *M. Claudius*, inquit, *Marcellus AEdilis Curulis C. Scantinio Capitolino Tr. Pl. diem ad populum dixit, quod filium suum de stupro appellasset*; Et paulo infra: *Citatus itaque Scantinius Reus uno teste, qui tentatus erat, damnatus est. Constat juvenem productum in rostra, defixo in terram vultu, perseveranter tacuisse, verecundoque silentio, plurimum in ultionem suam valuisse.* Haec Valerius. Titiam postremo legem nũquam exhorruit Jurisconsultus infelix, hac etenim C. Titio [2] rogante, cautum fuit, nequis ob caussam orandam, pecuniam, donumve acciperet, quod & lege Cincia vetitum est. Itaque hac lege Reus fieri non potuerat ille, quem nemo cliens consultum adibat.

NO-

(1) *Lib.6. cap.1.* (2) *Tacit. histor. lib.2.*

NOCTIUM ATELLANARUM.

LIBER VI.

CAP. I.

Ossaria ubi de Sepulchro violato. Opponere apud Catullum.



IT Ulpianus (1): *Celsus scribit (statuam) sic esse monumenti, ut ossaria; Et ideo, quod vi, aut clam interdicto locum fore*; Lego *Ossuaria*, non vero ut passim *Ossaria*, ex Kirchmanno (2). Fuere Ossuaria urnae, in quibus ossa a cinere separata, post combusta

(1) *L. si sepulchrum.* (2) *Lib. 3. de funer. Romanor. cap. 8.*

busta jam cadavera, condebantur; Homerus (1):

Κλαίοντες δ' ἑτάροι ἐνηέος ὀστέα λευκὰ
Ἄλλεγον ἐς χρυσέην φιάλην, καὶ δίπλακα δημόν.

Hoc munus(2) conjunctorum maxime, & affinium fuit, puta matrum, sororumque, nonnumquam patrum officiis perfunctorum, pontificum, aut sacerdotum. Has urnulas interdum viventes sibi parabant; Colligo ex inscriptione veteri; JULIA. FUSCINIA. OSSUARIUM. VIVA. SIBI. FECIT. Sed ut varia degustemus Catulli(3) Epigramma perlustrandum hodie; Scribit Poeta ad Furium:

Furi villula nostra non ad Austri
Flatus opposita est, aut Favoni
Verum ad millia quindecim, &
ducentos,

O ven-

(1) *Lib.23. Iliad. de funere Patrocli.*
(2) *Sueton. de Augusti fun. cap.100.*
(3) *Epigr.26.*

O ventum horribilem, atque pestilentem!

Jocosam inducit significationem, ait igitur villulam suam minime quidem oppositam esse ventis Austro, aut Favonio, sed oppigneratam pro millibus quindecim, & ducentis; *Opponere* enim Latinis non solum, quod in promtu est, significare videtur, sed & oppignerare, quo verbo sic accepto usus est & Juvenalis (1):

Lancibus oppositis..........

(1) *Satyr.* 11.

CAP. II.

Ausonii Poetae, & Cons. nomen depravatum in Codice Theodosiano.

IMppp. Valens, Gratianus, & Valentinianus scribunt ad Antonium

Praefectum Praetorio Galliarum, anno ante consulatum Ausonii; Constat tamen neminem fuisse Praefectum Praetorio Galliarum ante Ausonii consulatum, nisi Ausonium ipsum: non itaque *Antonio*, sed *Ausonio* legendum: simile mendum deprehenditur in pluribus ejusdem Codicis legibus (1), quae datae sunt Treveris. Ausonium praefuisse Africae Vicarium legimus, item & post Consulatum, Asiae Proconsulem, Eucherio, & Syagrio (2) Conss. imperantibus Gratiano, Valentiniano, & Theodosio A.A.A. Ipse tamen Ausonius in historia fastorum haec habet:

Hactenus adscripsi fastos; si fors volet ultra
Adjiciam; Si non, qui legis, adjicias.

Sci-

(1) *L.7. de fide instrum. l.18. de poenis, l.11. de Medicis, l.2. de quaestionibus, l.6. C. Theod. de Decurionibus.* (2) *L.3. C. de fide Catholic.*

Scire cupis qui ſim? titulum, qui quartus ab uno eſt,
Quaere; leges nomen Conſulis Auſonii.

Falſum in tertio verſu verbum eſt, quod etſi leve, tamen non puſillum momentum ad hiſtoriam affert; Nam Auſonius faſtos ſuos deſcripſit ad annum M. C. XXII. ipſe autem Conſul deſignatus eſt anno M. C. XIIX. collega Syagrio. Vides ergo cur Auſonius voluerit quaeri annum quartum *ab imo*, ſcilicet ultimo ſuorum faſtorum; Nequicquam igitur, *ab uno*, vulgo ſcribitur.

CAP. III.

Ritus vendendi Mancipii, aliaque ad hanc rem non passim vulgata.

INter cetera AEdilium munera, id quoque fuisse animadverto, ut scilicet Senatusconsulta exciperent super emendis, vendendisque servis, *si ex fide bona* venirent, deque illorum morbo, & vitio cognitionē haberent, in quibus fuit observatum, ut venditor caveret servos (1) noxis solutos esse; item ut gravidae pro sanis non haberentur; Vitruvius (2): *Uti*, inquit, *etiam corpora muliebria, cum conceperint, a foetu ad partum non judicantur integra, neque in venalibus ea, cum sunt praegnantia praestantur sa-*

(1) *L.1. §.1.D.de aedilit.edicto.* (2) *Lib.2. Architectur. cap.4.*

ſana; Ulpianus [1] tamen ab hac ſententia diſcedit: *Si mulier*, ait, *praegnans venierit, inter omnes convenit ſanam eſſe, maximum enim, ac praecipuum munus foeminarum concipere, ac tueri conceptum*; cui adſtipulatur Julianus [2]. Super vendendis mancipiis hoc edictum nactus ſum, quod ita eſt: TITULUS. SERVORUM. SINGULORUM. UTEI. SCRIPTUS. SIET. COIRATO. ITA. UTEI. INTELLEGI. RECTE. POSSIET. QUIS. FUGITIVUS. ERROVE. SIET. NOXAVE. SOLUTUS. NON. SIET. Vides primum e vendendorum mancipiorum collo titulum fuiſſe ſuſpenſum, in quo ſcriptum forte erat cujus regionis, aetatis, artis, pretiique fuiſſent ſervitia vendenda; Propertius [3]:

At quorum titulus per barbara
colla pependit

Cre-

(1) *L. quaeritur*, *D. de aedilitio edicto.*
(2) *L. ambiguitates*, *§. cum enim*, *C. de indicta viduitate.* (3) *Lib.4. eleg.5.*

Cretati medio cum saliere foro.
Ejusmodi titulus *Venalitium*, dicitur in Pandectis (1); etsi horum titulorum pictura, quo magis praesto foret emtoribus, *Venalitium* quoque nominaretur; Petronius (2): *Ego*, inquit, *collecto spiritu non destiti totum parietem persequi: Erat autem Venalitium titulis pictum, & ipse Trimalchio capillatus caduceum tenebat.* Alterum est advertendum in edicti capite, *Quis fugitivus, errove fiet.* Erro servus fugitivus est Ulpiano (3). Arrianus tamen arbitratur erronis notam servo leviorem esse, quam fugitivi. Quamobrem Labeo (4) erronem definit pusillum fugitivum, & contra fugitivum magnum erronem. At idem Ulpianus subjungit erronem illum es-

(1) *L. ult. §. 2. de aedil. edicto, & l. 5. §. 1. de jure deliberandi.* (2) *Satyric. cap. 29.* (3) *L. 1. D. de servis fugitivis, l. qui cum, D. de re jud.* (4) *L. 17. §. qui cum, D. de aedil. edict.*

esse, qui non quidem aufugit, sed qui non rarenter sine caussa divagatur, & tota ferme die in nugatoriis consumta sero tandem ad Dominum, vel ut Duareno placet, ad domum redit. Illud postremo notandum restat, bello captos, quoniam coronati[1] venderentur, & ex edito lapide denunciarentur, *sub corona*, & *de lapide* emtos vocitari solitos; Sicuti, qui turmatim venibant, *in catasta*; Fuit catasta locus, ubi servi venales exponebantur; Tibullus[2]:

> . . . . *quem saepe coegit*
> *Barbara gypsatos ferre catasta pedes.*

Pileatorum autem servorum, utpote praestantium mancipiorum, cum venum ibant, venditor nihil praestabat. Neque omittendum quod ex Tibullo,

(1) *A.Gell. lib.7. cap.4. Cic.orat.in Pisonem.*
(2) *Lib.2. eleg.3.*

lo, & Propertio nuper innuimus, servis trans mare advectis, cum venales forent, pedes creta alba, ut a reliquis dignoscerentur illini solitos, qui, si privati domini essent, heri signaculo, sin servi publici, Reipublicae sigillo inurebantur, ut ex Xenophonte notum est; Ovidius (1):

Nec tu, si quis erit capitis mercede redemtus
Despice gypsati crimen inane pedis.

Et Juvenalis (2):

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

CAP.

(1) *Lib. I. Amor. eleg. I.* (2) *Satyr. I.*

CAP. IV.

Major pars diei. Mulier usurpata.

PAulus ait [1]: *Cujusque diei major pars est horarum septem primarum diei, non supremarum.* Intelligit Jurisconsultus de die artificiali, quem vocant, non de naturali, quoniam hic XXIV. horas continet; Turnus [2] quoque apud Maronem ait:

Nunc adeo melior, quoniam pars acta diei.

Ideo autem puto veteres arbitratos septem primores horas ex duodecim, meliorem esse diei partem, quoniam post septimam diei horam, Sol inclinat in occasum. Populus Rom. diem annumeravit a nocte media, usque ad

A a pro-

(1) *L.2. de verbor. signif.* (2) *Lib.9. Æneid.*

proximum noctis dimidium; Tribuni enim plebis (quibus nullam diem integram urbe abesse fas erat) post noctem mediam profecti, si post primam facem, ante alteram mediam noctem, regrediebantur, abfuisse diem unnm minime dicebantur; Vergilius Maro (1) ritus Pontificales bene doctus idipsum demonstrat, non tamen satis aperte, ut Poetam decet, ubi manes Anchisis AEnean filium alloquentis inducit:

............Torquet medios nox humida cursus,
Et me saevus equis Oriens afflavit anhelis.

his verbis admonuit diem civilem Romanorum a sexta noctis hora auspicari. Sed & Q. Mutius (2) Jurisconsultus ait, lege non esse usurpatam mulierem,

(1) *6. AEneid.* (2) *Apud A. Gell. lib. 3. cap. 2.*

rem, quae cum Kalendis Januariis apud virum cauſſa matrimonii eſſe cepiſſet ante diem quartum Kalendas Januarias ſequentem uſurpatum iſſet; non enim poſſe impleri trinoctium, quo abeſſe a viro, uſurpandi cauſſa ex XII. Tabb. deberet. Hujuſmodi lex uſurpandi mulieres adeo vetuſta eſt, ut ne veſtigium quidem illius in Juriſconſultorum monumentis adhaereat. Lex jubet, ut quae mulier annum unum filiorum procreandorum gratia apud virum fuerit, ea mulier, tranſacto anno in ejus viri manu ſit, id eſt quaſi uſucapta ad modum rerum mobilium, quae anno uſucapiuntur. Quemadmodum ergo civili jure rerum uſucapiones interrumpuntur, ſi dominus interpellarit, veluti ſi ſurculum in fundo confregerit, ut demonſtrat Cicero (1); Eadem prorſus ratio-

(1) 3. *De Oratore.*

ne lex mulieribus indulget, ut possint possessionem illam interrumpere, si scilicet ante anni complementum tres a viro noctes diverterint. Verba XII.Tabb. haec sunt: *Ut quae mulier cum juris esset, annum unum apud virum matrimonii caussa fuisset, ea mulier in trinoctium usurpatum isset, pro usucapta haberetur*. Singulas diei antiquorum partes enumerant Macrobius (1), & Censorinus (2); Paulus (3) tamen diem hoc pacto definit: *More Romano dies a media nocte incipit, & sequentis media parte finitur, itaque quod in his XXIV. horis, id est duabus dimidiatis nocte, & luce media actum est, perinde est, quasi quavis hora lucis actum esset*.

CAP.

(1) *Lib.1.Saturnal.cap.3.* (2) *De die natal. cap.19.* (3) *L.8. D. de edendo.*

CAP. V.

Quae olim fuerit frumentatio, aliaque ad rem non vulgaria.

EX iis, quibus amplitudo, & opes populi Romani, prae reliquis, elucescunt, ea quoque numerari debent, quae in frumentatione peracta sunt. Fuit autem frumentatio gratuita in plebem annona, eamque largitionem a vetustissimis temporibus fuisse celebratam, & praesertim ad plebem conciliandam, Authorum monumenta testantur; Plinius (1): *Manius Marcius aedilis plebis primum frumentum populo in modios assibus donavit.* Frumentum igitur fuit ab aedilibus divisum; Apulejus (2): *Annonam curamus,*

(1) *Lib.* 18. *cap.* 3. (2) *Lib.* 1. *Metamorph.*

mus, & aedilem gerimus; Plautus (1):

Neptunus ita ſolet, quamvis faſtidioſus.

AEdilis eſt, ſi quae improbae ſunt merces, jactat omnes.

Exortis vero Tribunis, qui plurimum gratiae, & opum apud plebem comparatunt, leges latae ſunt, quibus non incerta, ſed perpetua foret frumentatio, ex quibus C.Gracchus unam tulit, ut frumentum plebi de publico daretur, exili quodam pretio conſtituto; Aſconius ait: *Ut frumentum populo, quod ante ſemiſſibus, & trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur*. Menſtrua quoque juſſa fuere hac lege, quae non plus quam quinque modios pro capite definiebat, quale etiam menſtruum fuit viliſſimorum ſervorum; Seneca (2): *Servus eſt,*

(1) *Rudente.* (2) *Ep.*81.

est, ait, *quinque modios accipit*, & *quinque denarios*. Cibaria ab actore servo distribuebantur; Irenaeus [1]: *Quis igitur erit fidelis actor bonus*, & *sapiens*, *quem praeponet dominus supra familiam ad dandam eis cibaria in tempore*. Haec servorum, & in vinculis detentorum cibaria, dicta sunt quoque diaria. Apud Petronium belle luditur in hac voce, *Diaria*; ubi Quartilla Priapi Sacerdos robusta Venere Paulo ante satiata rude vasculum, nimirum Gnythonis pueri verpulam pertractando, le pidissima translatione voluptatem veneream cum convivali commiscet in haec verba [2]: *Hoc inquit belle cras in promulside libidinis nostrae militabit*, *hodie enim post Asellum Diaria non sumo*. Quo loci luditur quoque in ambiguitate vocis, *Asel-*

(1) *Adverf. haeres, lib. 4. cap. 44.* (2) *Satyric. cap. 24.*

Asellus; nam praeterquam Aselli Pessinuntii (1) in deliciis habiti in mensis antiquorum, sunt quoque ipsi bene peculiati (2). Sed e diverticulo in iter; C. Caesare (3) rerum dominium assequuto, creati sunt sex AEdiles, quorum duo patricii, qui *Cereales* appellitabantur; brevi tamen annonae cura his contigit, quoniam Praefectus annonae creatus est: Et primo L. Minucius huic Praefecturae (4) praepositus dicitur, cum Pompejum Alii (5) annonae praefuisse testentur; Romani etenim teterrima fame diutius vexati Pompejum annonae Praefectum, & Procuratorem elegerunt, eidemque, ut pyratico olim praelio, viginti Senatorios viros (6) adjunxerunt, quorum ille singulos per Provincias sortitus est:

(1) *A.Gellius lib.7. cap.16.* (2) *Rigalt.ad Phaedr. fab.29.* (3) *Dionys. Halicarn. lib.6.* (4) *Liv. dec.1. lib.4.* (5) *Tacit.annal.lib.13.* (6) *Cassiodor. lib.6. variar.*

eſt; Marcellus[1]: *Ipſe nationes undique circumcurſans, urbem frumento, ceteriſque ad victum neceſſariis ditavit.* Diſtribuebant tamen Curatores; partiendi ratio per teſſeras erat, quas in ligno, aut plumbo capiebant frumentũ ad horrea publica petituri: Haſce tamẽ vendere non prohibebantur notante Ulpiano[2], his verbis: *Si libertis ſuis teſſeras frumentarias emi voluerit;* & Paulo[3]: *Si Titio teſſera frumentaria legata ſit.* Tempus diſtribuendarum teſſerarum Kalendae cujuſque menſis fuerunt; ſed & Auguſto hanc conſuetudinem immutare tentanti cõtraria populi voluntas obſtitit; Suetonius[4]: *Ac ne plebs frumentationum cauſſa frequentius a negotiis avoca-*

Bb *retur*

(1) *L. mulierem* 13. *D. de accuſationib.*
(2) *L. Sed eſſe*, §. *ſi libertis*, *D. de judiciis.*
(3) *L. mortuo Bove* 50. §. *ſi Titio*, *D. de legatis* 2.
(4) *In ejus vita*, *cap.* 40.

retur ter in annum, quaternum mensium tesseras dare destinavit, sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus. Tesseris acceptis, ibant ad horrea, quae publica Romae esse, & ad trecenta, & novem numerari, proprioque nomine insigniri, velut horrea Domitiani, Aniceti... passim Authores tradunt. Horreis aderant quoque frumentarii mensores, qui unicuique sex modios, sive Medimnum Atticum admetiebantur. Frumentarii tamen non tantum metiri, sed & frumentum appendere consueverunt; Horatius[1]:

.... cui satis una
Farris libra foret ......

Et Jurisconsultus[2]: *Frumentum publice dandum, praebendum, appendendum*. Alii tamen ab his fuere frumentarii, qui per Provincias cursitabant

bant

(1) *Lib. 1. Satyr. 5.* (2) *L. 7. §. 1. D. ad l. Juliam repetund.*

bant ad frumenta conquirenda, & convehenda, hos Graeci πυροφόρους vocarunt, Latini *agentes in rebus*; D. Ambrosius (1): *Palatina omnia officia, hoc est, memoriales, agentes in rebus, apparitores diversorum....* Imperator quoque Constantinus (2) scribit ad *agentes in rebus*.

(1) *In epist. quadam ad Marcellum.*
(2) *L. 1. C. de off. Magistri officior.*

C A P. VI.

Non tam pueri, quam & puellae a viris olim eruditae.

JUlianus Jurisconsultus (1) nos docet, veteribus in more positum fuisse, puellas viris erudiendas, instituendas-

(1) *L. 4. D. ubi pupillus educ. deb.*

que tradere una cum pueris; Vetus inſcriptio: PUDENS. M. LEPIDI. LIBERTUS. GRAMMATICUS. PROCURATOR. ERAM. LEPIDAE. MORESQUE. REGEBAM. DUM. VIXI. MANSIT. CAESARIS. ILLA. NURUS. Petronius [1]: *Ergo ea venit ad Eumolpum, & commendare liberos ſuos, ejus prudentiae, bonitatique credere ſe, & vota ſua.* Martianus [2] etiam aperte aſſerit ornatricibus legatis, eas, quae duos tantum menſes apud Magiſtrum fuerint, legato non cedere. Carolus itidem Magnus filias, aeque ac filios ſuos, viris inſtruendas tradidit, ut meminit Alcuinus praeceptor Eulaliae; Quemadmodum & Heduiga [3] Sueviae Duciſſa in graecis diſciplinis primũ uſa eſt praeceptore quodã Conſtantinopolitano, deinde Ekkerardo Palatino S. Galli Monacho in latinis.

CAP.

(1) *Satyric. cap.* 100. (2) *L. legatis* 63. *D. de legat.* 2. (3) *Ekkerardus junior S. Gallenſis in caſibus Monaſterii.*

CAP. VII.

Comperendinatio. Dies comperendini. Ampliatio.

ASconius Pedianus, inter eos, qui M. Tullii Cic. ſcripta interpretati ſunt, facile Princeps in ejus actione III. in Verrem nonnulla nos docet, quae pridem Sapientiorem quemque prorſus latitarunt. *Comperendinatio* igitur ex ejus ſententia, erat *partis utriuſque recitatio*, uterque enim litigans invicẽ unus alteri denunciabat in diem perendinum, deinde ambo judicẽ poſcebant, qui poſt diem trigeſimum dabatur, quo dato, denunciabant, ſe in perendinum diem in judicium venturos; quo cum jam ventum eſſet, ante, quaſi per indicem, rem exponebant. Item *comperendini dies* erant, in quibus vadimonium dicere, & va-

dare

dare permissum est. At Ampliationis alia fuit ratio, Romani enim in capitis judicio literis in urnam conjectis utebantur; Quippe Θ, & K literae mortem, & supremum supplicium designabant; Ausonius (1):

Miselle Doctor υ tibi sit obscaeno,
Tuumque nomen Θ sectilis signet.

ubi dicis caussa monendum, υ ferale esse, quod speciem simulet laquei collo involuti, imprecatur ergo Ausonius Euno suspendium. Sed ad rem, erat Θ litera condemnatoria, quae Θανάτον significabat; Quin & in Castris militem ex cohorte morte sublatum haec notula demonstrabat, ut veteres inscriptiones testantur. Omnia ergo, quae veteres detestati sunt, hac litera demonstrabant; Sidonius (2):

Isti qui valet exarationi

Di-

(1). *Epigr.* 129. *in Eunum Paedagogum liguritorem.* (2) *In Carm. ad Magn. Felic. Cons.*

Districtum bonus applicare theta. Et Cassiodorus (1): *In operibus ejusdem Originis, quantum transiens invenire praevalui, loca, quae contra regulas Patrum dicta sunt, ac baeresim repudiatione signavi.* T vero, & A literis absolutionem, poenaeque effugium commostrare voluerunt; has Cicero (2) salutares appellat. *T hau* profecto litera apud Hebraeos signum erat salvationis ex Ezechiale (3), qui, *Omnem*, ait, *super quem videritis T hau, ne occidatis*, ubi & D. Hieronymus reddit hujusce rei rationem. Postremo per A, & N diem proferri, & diffundi significarunt, cum nempe non adhuc bene de caussa liquere pronunciarent; Paulus ait (4): *Si uni ex pluribus judicibus de liberali caussa* co-

(1) *Lib. I. Divinar. institut.* (2) *In orat. pro Milone.* (3) *Cap. 9.* (4) *In l. Pomponius, D. de re judicata.*

cognoscenti, si is juraverit sibi non liquere.... Haec itaque diei prolatio, quam per A, & N fieri compertum est, *ampliationis tabella* dicebatur.

C a p. VIII.

Udones. Cudones. Holosericae vestes apud Ulpianum.

ULpianus ait (1): *Alia caussa est Udonum, quia usum calceamentorum praestant.* Quaesitum quinam essent Udones; & quidem Udones calceamenta sunt hircinis pilis contexta; Martialis (2):

Non bos lana dedit, sed olentis barba mariti.

Eo loci *Cudo* quoque legitur, vox ista capitis tegmen designat ex corio confectum, quo vice galeae utebantur;

(1) *L.argento, §.alia, D.de auro, & argent.legat.*
(2) *Lemm.138. Udones Cilicii.*

tur ; Silius Italicus (1) :

.... Cudone comantes

Diſjecit crines ....

Eodem titulo veſtes holoberae, ſive holoſericae ſunt, quarum mentio eſt apud Lazarum Bayfium (2) : *Tacitus quoque Imperator, ut Flavius Vopiſcus ſcriptum reliquit, boloſericae veſtis uſum omnibus viris interdixit.* Eſt autem veſtis holoſerica tota ex ſerico, nulla alia materie, qua primus Romanorum uſus eſt Heliogabalus (3). Veſtis holoſericae magnum fuiſſe pretium demonſtrat Flavius Vopiſcus (4) his verbis : *Veſtem boloſericam neque ipſe in veſtiario ſuo babuit, neque alteri utendam dedit; & cum ab eo uxor peteret, ut unico pallio blateo ſerico uteretur, ille reſpondit, abſit ut auro fila penſentur* ; Libra enim auri

(1) *Lib.6.de bello Punic.ſecund.* (2) *De re veſtiaria, cap.5.* (3) *Ex Lampridio.* (4) *In Aureliano.*

tunc libra ſerici commutabatur; ubi pro corollario addiderim Heliogabalum (1) ipſum linteamen lotum nunquam attigiſſe, mendicos reputando eos, qui lotis linteis uterentur.

(1) *Lampridius in ejus vita.*

C A P. IX.

Panes diverſi, ejuſque factitandi ſpecies nonnullae.

CUjacius (1) V.C. ambigit, an panes Palatini ſint ii, qui e palatio erogarentur, cum ipſe malit eſſe, qui Palatinis praeberentur; Monendum tamen hic non ex re arbitror priſcos Romanorum Patres non pane, ſed pulte victitaſſe; Glandibus enim rejectis, cum

(1) *In l. 1. C. de frumento urb. Conſtantinopolit.*

cum non adhuc conficiendi panis ratio innotesceret, Pistores [1] (quorum nullos Romae fuisse usque ad Persicum bellum constat) far pinsebant plebi, lautioribus vero tostum panem parare consueverunt: Iidem fere coqui fuerunt, ac pistores, donec labentibus annis, *panificium* muliebre opus fuit. Prima itidem panis divisio erat in plebejum, & siligineum, qui candore praestabat, quod praesertim Campano [2] tritico conficiebatur omnium praestantissimo: item a coquendi ratione nomen panibus inditum; ut furnaceus, & artopticius, is tamen fuit panis in artopta tostus, quae instrumentum est coquendis panibus accommodatum; Plautus [3]:

Ego huic Artoptam ex proxumo
utendam peto.

(1) *Plinius lib.18. cap.8. & seq.* (2) *Varro de R.R. cap.2.* (3) *In Aulular. act.2. sc.2.*

Athenaeus [1]: ὁ ἀρτοπτίκιος ἄρτος καλούμενος... Fuit & ſecundarius panis; Horatius [2]:

...*vivit ſiliquis, & pane ſecundo.*

Suetonius [3] *Secundarium panem, & piſciculos minutos, & caſeum bubulum manu preſſum, & ficus virides biferas maxime appetebat.* Fuere etiam panes plurimi, ut oſtrearius ab obſoniis dictus, artolaganus a deliciis; Athenaeus [4] artolagani opificium docet, his verbis: εἰς δὲ τὸ καλούμενον ἀρτολάγανον ἐμβάλλεται οἰνάριον ὀλίγον πέπερι, γάλακτε, καὶ ἔλαιον ὀλίγον ἢ στέαρ. Apud Graecos [5] tamen non unum panis genus legimus, nam & Zymitas habuerunt, & Obelias, & Clybanitas, & Canchrydias, Pyritas, Pytiriaſque, ex quibus alii verubus aſſati, alii obo-

lo

(1) *Lib.3. Dipnoſoph.* (2) *Epiſt. lib.2. epiſt.1.* (3) *In Auguſto cap.76.* (4) *Eod. lib.* (5) *Cael. Rhodigin. antiquar. lib.9. cap.16.*

lo venditi, alii triticei, furfuracei alii tot nominum congeriem invexere.

CAP. X.

Praefinitae in Potu leges proponuntur.

AUsonius Poeta bibendi modum praescribit hoc versu:

Ter bibe, vel totiens ternos, sic mystica lex est.

Non enim ultra ternarium numerum in conviviis bibendum Symposiorum (1) lex edicit; Horatius (2):

Siccat inaequales latices conviva solutus
Legibus insanis ....

Interdum & servi convivas hortabantur,

(1) *Savaro ad Sidon. lib.1.epist.1. Taubman. ad Plaut. Stich. act.5. sc.4.* (2) *Lib.2. Satyr.1.*

tur, ut biberent toties, quot digitos in manu haberent; Plautus [1]:

. . . . sed interim
Stratege noster cui huic cessat cantharus?
Vide quot cyathos hos bibimus
Tot quot digiti sunt tibi in manu.

Plutarchus [2]: οἱ περὶ τὸν Διόνυσον ἁρμονικοὶ τρεῖς κατεῖδην ὄδρυσυμφωνίας πρὸς ὕδωρ διαπέντε, καὶ δία τριῶν, καὶ διατεσσάρον οὕτω μὲν λεγόντες, καὶ ἄδοντες πέντε πίνειν ἢ τρία, ἢ μὴ τεσσάρα . . . . . Deinde subjungebant graecam cantionem: ἢ πεντε πίν, ἢ τρῖς πίν, ἢ μὴ τεσσάρα; quae latine sonat, *aut quinque bibe, aut ter bibe, aut ne quatuor*. Cantio est de vini temperatura, nam Plautus quinque vini cyathis aquae semicyathum misceri jubet, nam sequitur protinus:

Tibi propino decima hora.

Quod

(1) *Sticho eod. act. & sc.* (2) *Symp. probl. lib. 3. quaest. 9. De bibendi ritu Bulenger. de conviviis, lib. 3. cap. 16.*

Quod valet parte decima aquae. Tale est illud ibidem:

Bene nos, bene te, bene me,
Bene nostram etiam Stephanium:

Solebant namque bibentes bene iis, quos amabant, comprecari; Plene Horatius (1):

Da Lunae propere novae
Da noctis mediae, da puer auguris
Muraenae tribus, aut novem
Miscentur cyathis pocula cōmodis,
Qui Musas amat impares
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates, tres probibet supra;
Rixarum metuens tangere gratia
Nudis juncta sororibus.

Graeco more dicuntur, nam desideratur vox *caussa*; fidem praebet idem Ausonius (2) his verbis: *In qua propter mediam noctem, & novam Lunam,*

(1) *Lib.3. carmin. ode* 19. (2) *In epist.praeposit.Eidyl.*15.

nam, & Muraenae auguratum ternos ter cyathos attonitus petit vates. Bibendi leges adamuſſim exequutus eſt Praetor Siculus C.Verres, qui, ut ait Tullius: *Iſte enim Praetor ſeverus, ac diligens, qui Populi Romani legibus nunquam paruiſſet, illis diligenter legibus, quae in Populis ponebantur, obtemperabat.*

F I N I S.

Τῷ Θεῷ χάριτες, κ̀ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

